





*Pub. 72. num. 15.*

*1776, 3*

*M*

*DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA*

*DE EO  
QVOD IVSTVM EST*

*CIRCA VIAS PVBLICAS  
ET MILITARES  
IN IMPERIO ROMANO - GERMANICO  
SPECIATIM IN SVEVIA  
EXSTRVENDAS*

*QVAM  
AVSPICIIIS DIVINIS*

*AVCTORITATE ITEM AC PERMISSV  
ILLVSTRIS IVRE CONSVLTORVM ORDINIS  
IN ALMA LVDOVICIANA  
PRO HONORIBVS AC PRIVILEGIIS  
DOCTORIS*

*IN VTROQVE IVRE RITE OBTINENDIS  
PROCERVM ACADEMIAE EXAMINI  
AC DISQVISITIONI PVBLICAE  
SVBMITTIT*

*GOTTLOB THEODORICVS MILLER  
VLMENSIS*

*REIPVBLICAE PATRIAE CONSILIARIVS DESIGNATVUS.*

*GIESSAE D. SEPT. MDCCCLXXVI.*

*APVD IOANNEM IACOBVM BRAVN, ACAD. TYPOGR.*



DIGESTATIS IMMORTALIS ACADIMICAE  
IN LIBERIO ROMANO - CHAMANICO  
ESTERIATUM IN SANCTA  
EXSTAVENDAS

CHAR  
VATICANIS LIBRARIS  
MOTULATIS HABITACUUM ORDINIS  
THEATRII THEATRONI ETATRUM  
LITERARUM ETATRUM  
DOCITORIS  
IN ALLEGONE HABEATUR ORTINIDAE  
LIBERIO ROMANO EXCEPTE AYNTW  
AC HOMOLOGIATIONE LIBRARIAE  
ESTERIATUM LIBRARIAE  
GOTTLOB THEODORICAS MELLER  
VIMENTA  
ESTERIATUM LIBRARIAE  
AC TERRITORIACALIBRARIAE  
ESTERIATUM LIBRARIAE  
ESTERIATUM LIBRARIAE  
ESTERIATUM LIBRARIAE  
ESTERIATUM LIBRARIAE  
ESTERIATUM LIBRARIAE  
ESTERIATUM LIBRARIAE

INCLITAE AC LIBERAE  
S. R. O. M. I M P E R I I  
REIPVBLICAE VLMENSIS  
PRO CERIBVS  
VIRIS PERILLVSTRBVS GENEROSISSIMIS  
MAGNIFICIS PRAENOBILISSLIMIS  
AMPLISSLIMIS PRVDENTISSLIMISQVE

DOM. DOM. DOM.  
D V V M V I R I S  
C O N S V L I B V S  
SANCTIORIS CONSILII  
ADSESSORIBVS

CAETERISQUE  
ORDINIS SENATORII MEMBRIS  
SPECTATISSLIMIS

SALVTIS PVBLICAE  
MODERATORIBVS

VETVSTISSLIMA IMAGINVM NOBILITATE  
MERITORVM GLORIA  
ET MVNERVM SPLENDORE  
SVMME ET INSIGNITER  
CONSPICVIS

PATRIAE PATRIBVS  
VIGILANTISSIMIS MERENTISSIMISQUE  
DOMINIS PER QVAM GRATIOSIS  
STVDIORVM SVORVM PROMOTORIBVS  
ET PATRONIS PIE VENERANDIS  
VITAM ET REGIMINIS FELICITATEM  
A CAELESTI ET AETERNO NVMINE  
PRECATVS  
DISSERTATIONEM HANC IVRIDICAM  
IN AVGVRalem  
VETERVM CLIENTVM RITV  
IN SEMPITERNAM  
PIETATIS ATQVE GRATI ANIMI  
TESTIFICATIONEM  
D. D. D.  
TANTORVM NOMINVM  
CVLTOR DEVOTISSIMVS  
GOTTLOB THEODORICVS MILLER.



QVOD BENE VERTAT VERVM ATQVE  
VNICVM VIALE NVMEN \*)

### SECTIO PRIOR.

#### ANTIQUARIO - HISTORICA.



##### I.

ia num adolescente Romanorum lin-  
gua pro *rea* siue *reha* usurpari coe-  
perit; an, quod alii est visum, ab  
*etꝝ*, quae vox aliquando *vicum* atque  
*pagum* notat, duci debeat? non mul-  
tum disputamus, quoniam in quaes-  
tione posita res magis, quam origi-  
nationes vocum, attendendae erunt. Inter haec si li-  
bera sit diligendi optio, prius illud vel propterea  
A  
prae-

\*) Vid. EXODI Cap. XXXIII, 12, seqq. coll. cap. XIII. 21.

praeferimus, quod VARRO I) rusticos testatur etiamnum aetate sua viam, veam, appellasse, propter vecturas; & vellam, non villam, quo vehunt & unde vehunt: atque item quoniam & vulgus nostrum partem agri a cultu liberam, ac tanta latitudine, quanta ire potest aliquod vehiculum, hoc nomine repraesentare sibi fuerit.

## II.

In antiquitates autem rei paullulum inquirere non alienum fuerit ab instituto nostro, quum & veterum in monumentis non solum tot nomina viarum, sed & alia occurrant, quorum usus postmodo patebit. Obseruemus autem ante omnia, viarum mentionem ab antiquis inicii non potuisse prius, quam necessitas suafisset, ut pars agri, atque illa quidem minus lata, verum longiore tractu, ex alio in alium porrecta locum, ad itinera commodius perficienda publice instrueretur. Inde apud vetustissimos mortales, quando pauciores erant numero, casisque suis atque tugurialis non admodum dissociati, viis propriis loquendo nihil opus erat: at, quum terra, quam incolimus, diluvio corrupta esset, quis non videt, plura iam e suo domicilio foras euntibus impedimenta obici hic illic debuisse, quum ob aquas interfusas & stagnantes, tum ob varie mutatos fluminum meatus, tum ob solam lacerum quodammodo, minusque tutum; nec non alia

I) de re rustica, L.I. c. 2. n. 14.

alia, quae sponte concipi ab unoquoque possunt. Visa igitur, & paullo post non parum aucta est necessitas struendi vias, quarum ope hominum, in unam veluti familiam sub rege aliquo vel optimatibus coalescentium, vel consuetudinem cum gentibus vicinis exterrisque, mutuae utilitatis caussa, expetentium consortio iuuari posset. Sensim ea res nimirum coepta, tardiusque citra dubium quibusque suis numeris perfecta est. Sed quum res publicae, & regna, & imperia, quae monarchias vocant, iam florarent; quibus modis tandem hae societates conseruare & amplificare sua commoda, & pacis tempore negotiaciones sine iusta mercium vectura facere, & bello ingruente militares copias, cum armis atque commeatu, quaquauersum, ac celeritate, quanta opus esset, maxima, periclitantes atque dissipatas in regiones amandare potuissent, nisi viae in hunc usum publicum munitae prius adfuissent.

## III.

Si C. PLINIO 2) cerendum, *vehicula cum quatuor rotis Phryges* inuenierunt. Qua aetate illud factum, dicere fortassis nemo potest: at rem ipsam vel idcirco esse vetustissimam existimamus, quoniam in bellis re vehiculari penitus carere homines vix usquam potuerunt. Caeterum memoria omnino dignum est; Iisraelitas, ingressum in diuinitus promissas terras iamiam maturantes, Sichoni, Emorao regi, fidem

A 2 . . . . . suam

2) Hist. natur. L. VII. c. 56. fest. 57.

Tuam praestruxisse, quod, ut LXX. habent, ἡδη βασις  
 λαζη, via regis, id est, regia & publica ituri sint, si  
 innoxium, ceu vocant, transitum, per regiones ditio-  
 nis suae sibimet concedere non dignetur. 3) Alius  
 est locus apud FL. IOSEPHVM 4) quem latine tan-  
 tum exhibebimus, ne iusto copiosiores videamur. Ait  
 autem ille: Quum summa & solertia & diligentia,  
 (Salomo rex) in cunctis rebus vteretur, & elegantia-  
 rum valde studiosus esset, ne viarum quidem curam in-  
 super habuit, sed quotquot earum erant regiae, & Hie-  
 rosolymam ducebant, nigro lapide constrauit, quum ut  
 iter facile esset committantibus, tum ut diuiniarum imperii-  
 que sui magnificentiam ostentaret. Curribus vero distri-  
 butis, dispositisque, ut singulis ciuitatibus certus esset  
 eorum numerus, ipse quidem paucos apud se seruauit.  
 Eas urbes autem appellavit ciuitates curruum. Cuiusmodi  
 hi currus fuerint, & quos in usus destinati, non ex-  
 plicuit IOSEPHVS. Neque tamen ideo superuacaneum  
 videtur quaerere, num isti bellicos in usus tantum dis-  
 persiti sint, an vero ut rex certior de rebus omnibus,  
 quae in ipsius regno gererentur, fieri celerrime & quo-  
 libet momento posset? Posterius ad verum proprius acce-  
 dere videtur, si consideremus, illud ipsum maxime ad  
 prouidentiam & curas eius regias pertinuisse, atque  
 ciuitates illas haud immerito pro stationibus haberii,  
 vnde nuntii, siue equo, siue rheda vesti, ad ipsum-  
 met

3) vid. NVMER. C. XXI. 21. sq.

4) Antiquit, Iudaic. L. VIII. c. 7. n. 4.

met regem mitterentur: quam in rem IOSEPHVS etiam, qui ἀρμata, nec eadem in usus bellicos aptata, simpliciter appellat, viarum, quae in regiam ducebant, firmitatem ac praestantiam tam luculentis verbis commendare, non omisit. Caeterum, si hocce largiamur, gloria Persarum, quos Postarum, ceu appellant, inuentores vulgo nominant, hoc quidem nomine ad Salomonem, regem unum omnium in terris sapientissimum, vt puto, transferenda erit.

## IV.

Aiunt enim, ac, praeterito IOSEPHO, facile ad sensum impetrant, historici Graecorum, qui ἄγγαροις, angaros, vel ut HESYCHIUS 5) exponit, τοῖς ἐν διαβοχῇ γεννηματοφίῃσι, excipientes se litterarum regis perla tores, Persicum excoxitatum esse perhibent. Nempe sic HERODOTVS 6) qui nuntiis Persarum in huma nis rebus nihil esse reputat pernicius, Quot dierum est, inquiens, tota via, totidem equos ac viros ferunt di stare ad diei uniuscuiusque iter, equi nempe & vir destinati, quos neque vis niuum, neque imber, neque aestus, ne que nox arcet, quin propositum sibi cursum celerrime confiant. Quorum primus currendo mandata tradit secundo, secundus item tertio; & ita deinceps illa tradita in alium atque alium transeunt -- Hanc equorum cursitationem Persae angarēion appellant. A XENOPHONTE

A 3

autem

5) in lexico, voc. ἄγγαροις.

6) Histor. L. VIII. n. 98.

autem haec acceperimus. 7) Cyrum memorant hoc inuenisse ad imperii magnitudinem, ex quo celeriter intellegebat, quomodo ea se haberent, quae permultum etiam distarent. Quum enim considerasset, quantum itineris equus confidere posset die sessorem habens, & quidem ita, ut non deficeret viribus, fecit equorum stabula tantumdem distantia, in quibus equos constituit, & qui equorum curam gererent, virumque quolibet in loco ordinavit, qui aptus esset ad accipendas litteras, quae ferebantur, easque tradendas, quique reciperet equos defatigatos atque homines, recentesque alios mitteret. Interdum etiam, ferunt, ne nocte quidem intermitte hoc iter, sed diurno ruitio nocturnum succedere. Quae res, quam ita fiunt, aiunt quidam, hoc itineris velocius perfici, quam gruum volatum. Quodsi hoc mentiuntur, illud saltim manifestum est, omnium pedestrium itinerum hoc esse velocissimum. Expedit autem, vnamquamque rem quam celerime intelligentem quam celerime etiam curare Haec ille.

## V.

Imo velocissimum per nos hoc iter fuerit. At si Persarum angari volatum gruum non reuera superarunt, dubitandi ratio existit, annon ipsi illi aliquando a Graecorum hemerodromis currendo fuerint devicti. Pedestres hi cursores erant, *ingens die uno*, vt ait LIVIVS 8) cursu emetientes spatium. Ita Euchidas,

PLV-

7) Cyropaed. L. VIII. p. 137. ed. H. Steph.

8) Histor. Lib. XXXI. 24.

PLVTARCHO 9) referente, ignis sacri petendi caussa Athenis Delphos missus vno die iuit rediitque, stadia mille, id est, millaria Romana CXXV. emensus; & Philonides, cursor Alexandri M., ceu confirmat PLINIVS 10) ex Sicyone Elin, nouem diei horis, mille & ducenta stadia confecit. Alios, qui cursu multum superarunt equos, I. LIPSIVS 11) recensuit. Nos exinde, apud Graecos quoque vias optimas fuisse, iam colligere possemus, etiam si aliunde non constaret, eam rem sic eis curae priscis saeculis fuisse, ut Lacedaemonii, de viis publicis dispicere, ad ipsos reges suos pertinere, lege sanxerint, istudque in praecipuis decoribus illorum numerarint. 12)

## VI.

Quantacunque vero illa esse opinemur, in Romanis omnia maiora & augustiniora deprehendimus, haud satis regum sub imperio, sed, quum republica florente Fortuna, quae adhucdum Graecis tantum induluisse videbatur, ad Capitolinum Iouem sese inclinasset. Tum enim ea Romae opera tentari, exstrui, ac perfici vidisse, quae Sol antehac non viderat, & quae inter mundi miracula in primis recenserri meruissent, nisi Graeca vanitas numero haec septenario iam conclusisset. Vere autem s. A. PROPERTIVS 13)

Omnia

9) in Aristide, p. m. 331.

10) Hist. nat. L. II. c. 71. sect. 73.

11) Epist. ad Ital. &amp; Hipp. LIX.

12) vid. HERODOT. Hist. Lib. VI. n. 57.

13) Lib. III. Eleg. 21, v. 17. sq.

*Omnia Romanae cedent miracula terrae,  
Natura hic posuit, quidquid ubique fuit.*

Sed in omnibus eorum admirandis institutis nihil tamen sic eminuit, ut viae publicae ac militares, vt pote in quibus summa omnium necessitas, utilitasque, cum magnificientia stupenda, atque impensarum grauitate, per tot saecula certasse visae sunt. Hae nimur ab extremis Africae, nec non Europae ad solem occidentem finibus vsque ad Euphratem, aliosque Asiae majoris tractus pari diligentia porrectae, stratae, & munitae, illae etiam in latitudinem sic inter se coniunctae, ut ad milliaria mille quingenta, aut sexcenta, hinc inde suis terminis concurrerent, & in longum denique per pontes, fluvios, & portus ita ductae & continuatae erant, litora litoribus ut responderent, vnde maria traicerentur. Iis igitur, si cursus publici, quem vocant, incredibilem celeritatem atque sapientiam adiunxeris, fatendum erit, in humanis rebus eo instituto nihil usquam absolutius fuisse. Itaque dignissima res quoque fuit, cui lumen quoddam apud nos praeferret I. LIPSIVS 14) ac de qua deinceps NICOL. BERGIERIVS librum integrum & sane quam eruditissimum conficeret. 15) Adderemus etiam EVER. OTTONEM, qui de tutela viarum, & STEGERVM, qui de viis militaribus Romanorum in Germania sunt com-

14) in Opp. passim. vid. ind. ed. Antwerp. 1637. fol.

15) exstat ille latine conuersus, & animaduersioribus illustratus ab H. G. HENNINIO, in I. G. GRAEVII thes. antiqu. Rom. vol. X,

commentati, nisi pleraque iam preecepissent laudatissimi Scriptores. De Diis aut numinibus vialibus non modo idem OTTO 16) sed & CHR. WEISIVS duabus dissertationibus 17) docta atque luculenta protulerunt.

## VII.

Nostra quidem in praesenti parum refert, latius has Romanorum vias contemplari: at primoribus, quod aiunt, labris tamen aliqua gustanda erunt. Viae nomen quodam modo generale est. Qui vero specialius, quid proprie fint *Actus, iter, itus, itiner, semita, callis, tramites, diuertia, diuerticula, biuum, compita, caet.* pernoscere dignatur, ISIDORVM consulet grammaticum 18) qui hasce differentias vocabulorum breuiter exponit. *Via autem publica, itemque, militaris,* quaenam appellata sit, iam explicatius dicendum est.

Publicum, vi vocis, quasi est populicum, quod in dominio est populi, & priuato opponitur. Vnde etiam laudatus ISIDORVS 19) via publica est, inquit, quae in solo publico est, qua iter, actus populo patet; atque VLPIANVS 20) viam publicam eam dicimus, cuius solum etiam publicum est. Vere autem publicae

B

sunt

16) singulari libello, Halae Magd. 1714. 8. ed.

17) Lips. habit. ann. 1724. & sq.

18) in D. GOTHOFREDI auctor. Lat. L. p. 1205. sq.

19) l. c.

20) l. z. §. 21, ff. ne quid in loco publ.

Tunc dictae viae illae, tamquam partes terreae, in communem usum sepositae, ut per eas iretur de regione in regionem, nec laederentur usquam agri, vineae, aut aliae possessiones vniuersitatis, aut priuatae singulorum. Eaedem apud Graecos *Bacchicam*, & istorum imitatione, apud Latinos *regiae* vocatae sunt: non quod in regum patrimonio priuato fuerint, sed quod regum esset prouidere, ne quid res publica, communisque adeo, detrimenti capiat. Itaque quum Romae regibus suspecti essent consules, praetores, atque magistratus alii, eodem iure factum est, ut illae viae regiae deinceps *consulares* ac *praetoriae*, & quia consulum, nec non praetorum erat, milites per eas contra hostem ducere, non minus *militares* quoque dicebentur. Dissidet hic DIONYS. GOTHOFREDVS 21) cuius nomen alioqui magnae apud nos auctoritatis est, & viam militarem a via publica seiunctam statuit, contendens maxime, militares quidem vias publicas, nec tamen omnes publicas fuisse militares. Enim vero vereor, ne nimis curiose ista disputentur. Quum enim *cursus publicus*, qui & *fiscalis* appellatur, id efficeret, ut via, qua currendum erat, publica strictissimo, ut loquimur, significatu diceretur, ille cursus autem non, ut hodie, in quasque urbes atque oppida dirigeretur, & vix usquam in transuersum tenderet; at militares copiae non raro, vel ut hostem deprehenderent, vel quoque ut annona imperata ad exercitum quam minimo

21) ad l. 3. Cod. Theod. de cursu publ.

mo incommodo asportaretur, vias alias obliquiores persequi adigerentur, idque publico mandato & auctoritate: quidni veteres ICtos sequeremur, inter quos exempli gratia THEOPHILVS 22) qui publicam & militarem viam pro eadem accipit, 23) & VLPIANVS, 24) qui, viarum quedam publicae sunt, inquit, quedam priuatae, quedam vicinales. Publicas vias dicimus, quas Graeci βασιλικας, i. e. regias, nostri praetorias, alii consulares vias appellant: Privatae sunt, quas agrarias quidam dicunt. Vicinales sunt, quae in vicis sunt, vel quae in vicos ducunt. Has quoque publicas esse quidam dicunt, caet. 25).

## B 2 VIII.

22) §. 5. I. de L. Aquil.

23) conf. etiam LIVIVM, Hist. Lib. XLIV. 43. Q. CVRTIVM RVFVM, Lib. V. 13. &amp; SVETONIVM in Aug. c. 49. qui viam militarem pro quauis publica accipiunt.

24) I. 2. §. 22. ff. ne quid in loco publ. I. 3. §. 1. ff. de locis &amp; itin. publ.

25) vicinales viae distinctam &amp; separatam viarum speciem non efficiant, sed pro ratione constitutionis, diversoque respectu, mox publicarum, mox &amp; priuatarum nomine veniunt, carunq; naturam induunt; hinc non est, quod multis, quid circa illas iuris sit, uestigemus. Quodsi enim ex priuatorum agris vicinalis via facta, tamdui priuata manebit, quamdui collatio a conferentibus probari poterit; &amp; hoc certe casu, ad imitationem priuatarum, conventionem partium eam constituentium, iura seruitum, statuta deinde aut consuetudines cuiusque loci, tamquam legem suam, sequitur. E contrario vicinalis via iura, viis publicis prescripta etiam sibi data agnoscit, quories ex priuatorum collatione constituta non est, aut factae collationis nulla amplius exfas memoria, I. 3. pr. ff. de locis &amp; itin. publ. I. 2. §. 22. &amp; 23. ff. ne quid in loco publ.

## VIII.

Caeterum quae viae aliquando publicae & militares proprie sunt nominatae, eadem ordinarie simul munitiones, i. e. lapide, vel quoquo aggere ad onera frena apto sollicitius vestitae erant. Alii id ipsum viam sternere dixerunt, vnde tales vias stratas, atque a nonnullis uno verbo strata etiam vocari videoas. Atque in huiusmodi munitiones, quantum aeris & pecuniae priuatae fuerit impensum, difficulter ii credant, qui magnificentiam & vastitatem horum operum haud satis apud animum perpendunt. Sed ingentes summas esse requisitas certum est; quemadmodum & nulli rei veteres sic cupuerunt, vt sternendis ac vel maxime reficiendis viis. Ratio tam extraordinariae benevolentiae non tantum in utilitate reipublicae ac ciuitatum omnium quaerenda, sed & quia plurimum honoris atque decoris adferre videbatur, munitiones huiuscmodi quounque nomine aut modo adiuuisse. Scilicet ne forsan labor iste inter fordida a quoquam opera referri posset, ipsi etiam imperatores manum admouere huic operi nonnunquam voluerunt. Alii, iique locupletiores, partem aliquam bonorum eam in rem liberaliter donarunt, aut in testamenti fabulis legarunt. Alii in certam longitudinem hanc aliamque viam publicam sternendam aut reficiendam suomet ipsorum sumtu suscepserunt. 26) Singuli, qui ante alias commune bonum ita promouisse visi erant, populi Romani 26) e. g. C. Sempron. Gracchus; vid. PLVTARCHVM in vita eius

gratiam certissime inibant, & quum vellent, ad honores spectatissimos euehebantur, aut, si fieri hoc quidem minus poterat, vel arcu triumphali, vel moneta cusa, memoriae posteritatis publice commendabantur; prout, si autores alii sillerent, variae inscriptiones 27) a diuersis collectae atque descriptae, 28) neque minus numi huiuscemodi inscriptionibus signati, satis & ab unde condocere possent.

## IX.

Sed non omnes ita fauent reipublicae emolumen-  
tis, vt, qua ratione possent ac deberent, sponte illam  
adiuuare vellent. Igitur imperatorum constitutionibus  
efficiendum esse videbatur, vt in toto orbe Romano  
nemo se immunem a praestandis, aut quoconque mo-  
do promouendis illis operis putaret. Digna hic quae  
tota referatur, THEODOSII iun. constitutio, 29) quam-  
quam eadem proponendum iam ante ab HONORIO  
edici meminimus, *Absit, inquietis, ut nos instruc-  
tionem viae publicae & pontium stratarumque operam, ti-  
tulis magnorum principum dedicatam inter sordida mune-*

B 3

ra

27) qui sumtibus suis fecit aut refecit viam, lapidibus nomen, atque  
has litteras iniciales D. S. P. (de sua pecunia) vel D. S. P. F.  
(fecit) vel D. S. P. F. C. (faciendam scil. viam curauit) inscul-  
pi curabat; qui mos laudatur & approbatur in l. 1. 2. & 3. ff. de  
operib. publ.

28) in specie a IANO GRVTERO in Corpore Inscriptionum, &  
THOMA REINESIO in var. lection. L. III. c. 16.

29) XV. Cod. Theod. Tit. III. 6. tot. item tit. de itinere muniendo.

ra numeremus. Igitur ad instructiones reparationsque itinerum, pontiumque, nullum genus hominum, nulliusque dignitatis ac venerationis meritis, cessare oportet. Domos etiam diuinas ac venerandas ecclesias tam laudabili titulo libenter adscribimus. Quam legem cunctarum prouinciarum iudicibus intimari conueniet, ut nouerint, quae viis publicis antiquitas tribuenda decreuit, sine ullius vel reverentiae, vel dignitatis exceptione praestanda. En quantopere rem istam Imperator urget, qui nec suas ipsius, nec ecclesiasticas domos, nec personam viliam cuiuscunque dignitatis excipiendam esse statuit, eamque legem cunctarum prouinciarum iudicibus intimari iubet.

## X.

Tantum ipsamēt necessitas, & salus publica, imperatoribus suadere potuit laborem. Quumque id negotii aetate illa, qua respublica florebat multis magistratibus, censoribus praecipue, tribunis plebis, vel aedilibus impositum fuisset, <sup>30)</sup> quis miretur, Caesares imperatores, ad quos omnis denique auctoritas deuolebatur, in curandis viis studii permultum posuisse? Caesar Augustus certe, cuius maxime intererat, quum nosse, quae vbiuis agerentur, tum absolutissimas stratura vias quasuis in prouincias habere, ex his ipsis caussis cursum publicum & rem vehiculariam non mo-

<sup>30)</sup> Censoribus extra, aedilibus intra urbem. conf. ALEXANDRVM AB ALEXANDRO in Genial. dier. L. III. c. XIII. p. 361. f. & L. II. c. XVIII. p. 499 - 502. ed. Andr. Tiraquelli, Francor. 1594. tot.

do melius instruxit, sed & , patris C. Iulii exemplo, 31) sumtibus in vias extra urbem impendendis non peperit. Ita scilicet SVETONIUS, 32) quo facilius, inquit, *vndique urbs adiretur, desunta sibi Flaminia via Ariminio tenus munienda, reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribuit.* Caeteri quid fecerint Imperatores, singulatim persequi non attinet, ne longiores simus. Sed quod ipsi facere nonnumquam neglexerunt, id per curatores varie egerunt, et si primis saeculis non temere inuentus fuit, qui hanc curam prorsus dimisisset, ac praeterea omnino proxime ad veri speciem accedit, ab Augusti demum tempore viarum curatores ordinarios fuisse, quum ante extra ordinem tantummodo creati essent. Hi vero curatores ordinarii, ut publicanis publice locabant vestigalia, ita quoque opus viae publicae licitantibus adiudicabant, qui proinde *redemtores* dicebantur atque *municipes*, quod nomen in vtrosque, vestigialium & viarum muniendarum conductores, aequo cadit. Hi & certis iuribus gaudebant; sed vicissim, vbi male rem admistrabant, male etiam nonnumquam plectebantur. Exem-

plum

31) vid. PLUTARCH. in Caesare, t. I. p. 709.

32) In Octau. Caef. Aug. c. 30. quocum DIO conferendus, Hist. Rom, Lib. III. p. m. 511. qui non e pecunia manubiali, sed *clavis* *re-  
sori*, *propriis* *impeuis*, nec viris triumphalibus, sed *rixi* *zov* *pa-  
nzerov*, *senatoribus* *quibusdam*, alias & alias curandas vias ab Au-  
gusto demandatas esse perhibet, non ita verisimili, opinor, ratio-  
ne. Flaminiam eundem suis sumtibus strauisse, facile adducor ad  
creendum, qua de re & statuae sunt illi postae & numi in ho-  
norem eius cuius,

**E**xemplum TACITVS 33) suggestit: *Corbulo, inquiens, plurima per Italianam itinera fraude mancipum & incuria magistratum interrupta & imperuia clamitando, executionem eius negotii libens suscepit; ad quem locum I. LIPSIUS scitu non indigna adnotauit.*

## XI.

Teneamus ergo, eam curam curatoribus viarum ita demandatam esse, vt reddenda esset ratio, num ex praescripto, adeoque satis bene partibus susceptis quisque fuerit defunctus, atque vt supra interim inspectio, vel, si malueris, potestas quaeque ordinandi manserit penes imperatorem. Inde DIO 34) populum Romanum eam curam tamquam omnium dignissimam, honoris causa, Caesari Augusto commisit, Caesaremque ipsum, curatorem ita constitutum milliarium aureum, ceu appellavit, fecisse, praetoriosque viros, muniendis qui praeessent viis, & binis vterentur lictoribus, suffecisse, memorat. Idem Caesar, superatis hostibus, & Ianu clauso, legiones aliquando, itidem vt plebem, publicas ad vias muniendas diligentius adhibuit, nimirum ne quis otio torperet, aut lascivia corrumperetur; id quod etiam ab aliis, quum ante, tum post ipsum, esse factum, varii Scriptores prodiderunt. Successores autem in imperio non temere has partes sui muneris deseruisse, quid vberius probare attineret, quum id ipsum constitutiones, & in primis illa quidem modo excitata Theodosiana, dissertissime loquantur? At imperio Ro-  
33) Annal. Lib. III. 31.  
34) l. c. mano

mano in deterius labente, populisque barbaris hinc inde in Italiam, & alias Romani orbis regiones, irruentiibus, has vias publicas eodem studio, & pari sumtu conseruatas esse, aut omnino custodiri potuisse, nemo, nisi indolem bellorum penitus ignoret, confirmare au-  
tit. Imo quidem fateamur, eo fere gradu, quo labefactatum occidentis est imperium, ruinam & interitum viarum publicarum Romanarum pariter dimetiendum esse, quod nisi accidisset, Carolus M. instaurator huius imperii, ceu opinor, non de *instituendis*, sed de repa-  
randis tantum viis, edicto aliquo sancire debuisset.<sup>35)</sup> At in capitularibus ipsius exstat constitutio, maiorum imitatione sic expressa: *Possessiones, ad religiosa loca per-*  
*tinentes, nullam descriptionem agnoscant, nisi ad consti-*  
*tutionem viarum & pontium.*

## XII.

Ex illustribus Romanorum viis abeamus paullu-  
lum in veterem Germaniam, siluis & paludibus horri-  
dam, vbi vetustissimis temporibus neque yrbes, neque  
villas, neque vias denique publicas inueneris. Sed  
quum vniuersi, tunc quidem temporis cogniti, terra-  
rum orbis domini, Romani, imperii sui fines Aquilo-  
nem versus etiam extendere cupinerint, & legiones  
suas per deserta & imperuia ducere non nisi maximo

C

in-

<sup>35)</sup> Lib. VI. c. 109. adde Lib. II. c. 17. vbi idem Imperator iubet,  
vt missi dominici locos illos curent, vbi modo via ordinata est.  
Apud GEORGISCH in Corp. Iur. Germ. p. 1531. & 1331; conf.  
etiam FRANC. DE ROYE, de missis dominicis, p. 276.

incommodo potuerint: primi illi quoque fuerunt, qui viis militaribus in Germania exstruendis studuere. 36) Pontem Rheno omnium haud dubie primum c. IVLIVS CAESAR imposuit 37) &, successoris eius Augusti Imp. sub auspiciis, M. Vipsanius Agrippa, vias quatuor per Galliam Germaniamque aperuisse, STRABONI 38) dicitur. Qui autem prae caeteris Germaniae nostrae vias curae habuit, & ob hanc curam triumphalem arcum in via Appia meruit, 39) Drusus, non solum *fossam*, ab ipso *Drusianae* nomen naclam, instituit, 40) sed & binos pontes iuxta Rhenum stravit, quibus Bonnam atque Moguntiacum iunxisse perhibetur. 41) Plura huiuscemodi Romanorum opera recenset STEGERVS; 42) nos autem illa, tamquam a scopo nostro nimis aliena,

in.

36) testimonium huius rei reperies in ipsa denominatione, qua vulgus nostrum hic illic vias militares *Heidenstrassen* appellat, propterea quod antiquissimae in patria nostra viae ab ethnicis exstruuae fuerint. Legibus nostris hoc nomen ignotum, & illius loco vias publicae vocantur *Land- und Heerstrassen*, *Kaiferliche - Koenige - Geleids - freye - offene Straßen*, *des H. Reichs Straßen und Bahnen* cact. vid. BESOLD. in thes. pract. v. *Landstrassen*.

37) de Bello Gall. Lib. IV. 16. sq.

38) Rer. Geogr. T. I. L. IV. p. m. 318.

39) fragmentum eius sistit IAN. GRVTERVS, in inscript. CCXXXVI. 5.

40) TACIT. Annal. II. 8. SVETON. in Tib. Claud. Caes. c. I.

41) FLORVS, Lib. IV. 12.

42) in diff. de viis militaribus Romanorum in Germania, Lips. 1738. exstat in IO. REINH. WEGELINI thesauro rer. Suevic. T. I. p. 396. usque ad p. 454. adde IAN. GRVTERVM qui. d. l. monumenta singula historiam operum viarum Romanorum in Germania illustrantia summa cum solertia congesit.

in praesenti non curamus. Vnum illud ex praecedente §pho repetimus, magnifica illa opera vel vetusta temporum, vel barbararum gentium incursionibus, aut demolita penitus, aut ad minimum ruinosa ac inutilia redditia fuisse, & vix hic illicue vestigia illorum cerni; qua de re sequenti tempore ab Imperatoribus & Regibus nostris, in capitularibus, & constitutionibus imperii non tam de reparandis, quam de instituendis nouis viis publicis edictum fuit. Recentiores e contrario imperii leges de institutione viarum vel nihil, vel pauca tantum ordinant, sed, hocce caput penitus mittendo, de conductu, securitate viarum, atque vestigalibus tantummodo constituunt; quas quidem constitutiones suo quamque loco congruo mox infra explanatius notare, locus erit.

## SECTIO POSTERIOR

### IVRIDICO - PRAGMATICĀ.

#### XIII.

Iam caue, quaesumus, inerti tantum otio adductos nos in huiuscmodi antiquitatibus vtcunque describendis operae nonnihil collocasse opineris. Refert enim eius, qui viarum ius, & quidquid circa exstruendas illas fas & aequum videatur, paullo altius considerare gesit, in origines & caussas intueri: prouti & nostra simul interest, penitus quodammodo perspicere necessitates nostras, vt, quum dederit se casus aliquis,

C 2

quis, oblatis rebus ad hanc vitam melius in dies instruendam, nosque ipsos adeo perficiendos, quam redissime vtamur. Et natura sane ipsa, qua censemur esse homines, quum aliarum rerum plurium, quae vitae hominis conducunt, aut contra aduersantur, singulos subinde admonet, tum vero sp̄eciatim imbecillitatem istam, qua ab ipso ortu nostro iam distringimur, impense contemplari, omnes, nemine excepto, iubet. Quidni ergo omnes vitae rationes isthuc reuocare attineret, vt, si aliorum adiumento nos constanter indigere intelligimus, nos item aliis in vicem succurramus, atque opem mutuam pro nostris viribus praestemus.

## XIV.

Videlicet si nobis solis nasceremur, nobis ipsi etiam haud dubie sufficeremus. At, quum posterius hoc falsum esse sentiamus, prius illud pariter abludere a vero confitendum erit. At enim, si aliis, vt nobis, nati sumus, iam efficitur, Deum vniuersi conditorem voluisse, vt aequo iure alii cum aliis vbique veterentur, ne, quos ipse homines, terraeque dominos, creauit, nostra hominum iniuria euerterentur iterum, ac sua culpa male interirent. Hunc in finem ille rationem omnibus ingenuit, qua brutis animalibus praestamus, & qua, dummodo illius vires intenderimus, principia honesti atque iusti prima illa iuris naturalis fundamenta, sicce reteguntur, vt haec vna promulgatio, cum lege ipsa mentibus infixa, plusculum prae-

praestare posse videatur, quam si, sine illa, rerum auctor legem suam verbis plurimis multoties exposuisset. Accedit vero, & hanc rationem nostram mire adiuuat benignitas & sapientia diuina, quae vbiique spargens & quadantenus occultans sua munera, oculos nos aperire, & inuenta salutaria cum aliis communicare docet, nempe ut subsidia viuendi ingenii industriaeque pretio prostare & in promptu esse innotescat. Adde nunc amorem nostri generis, qui a parentibus in filios, familiamque, mox in patriam, & alios, qui cunque sua nos benevolentia conciliant, deuinciuntque, deriuatur; & ridebis, vt opinor, eos, qui, natura nihil iustum esse, sed iniusti metu demum iura ab hominibus inuenta esse blaterant. 43) CICERONI autem hoc libentius adsurges, 44) qui exstare aliquam agnouit legem, quae non scripta, sed nata est, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripimus, hauiimus, expressimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus, &c.

## XV.

Sed quoisque huius iuris usus se extendat, breuiter dicendum est. Si primordia societatis species, natura ipsa eum ordinem constituit, ut, adscita vitae atque thori socia, ex nobis genitos alamus, & quidquid ad cuiusque conseruationem pertinet, edoceamus;

C 3

tum

43) Conf. H. GROTIUM, de I. B. &amp; P. prol. §. 19.

44) Orat. pro T. Annio Mil. c. 4.

tum vero, quoniam destituta ratione animantia simili-  
ter obseruant, vt praestantiam naturae nostrae rati-  
onis decore probemus, & quantum vnicuique mortali-  
um ex ope mutua officiisque inuicem praestandis,  
commodi praesidiisque obuenire queat, ipso socialitatis  
cultu atque vsu commonstremus. Haec, nisi omnia  
nos fallunt, fundamenta sunt illius status naturalis,  
in quo homines imperio alterius cuiusdam non sub-  
iecti, vitam tolerare, & ad felicitatem, quantam ani-  
mis & spe concipiebant variis experimentis tendere  
sueuerunt; in quo vero etiam, vt naturalis acquitas,  
& ius connatum, vnumquemque in officio dirigeret,  
contineretque, eo magis erat necessarium, quo minus  
a scientiis instructi, & communiter ad legem scriptam  
actiones confirmare suas instituti erant. Itaque nec  
status ille apud homines perpetuo manere potuit.  
Etenim quum temporis successu, atque augescentibus  
familiis, pars quaedam, vt sunt hominum ingenia, non  
tantum inuidere alteri, sed &, quae communia adhuc  
fuere bona atque commoda, ad se, suosque necessarios,  
vi, dolo, aliisque modis rapere, itemque alia, quum  
rerum, tum consiliorum communitati inimica facere  
tentaret: accidit, vt hoc intestino malo pressi ad pa-  
cta de non laedendo semet inuicem, & iuribus aduer-  
sum quosque, sed praecipue extraneos, tuendis, veluti  
ad sacram ancoram confugerent, hac lege primum  
posita, vt, si quis alterum laessisset ciuem, caeteri ab  
illo dignas poenas sumerent: Talis pactio re vera  
lex

lex communis erat, ad quam obseruandam omnes tamquam vinculo constringebantur, sed qua simul vnicuique ius & facultas, rebus suis tamquam propriis vten-  
di publice confirmabatur. Ita ciuitas conflata, vt dominium cuique in res suas integrum constaret, & societatis membra, siue ciues (vtar CICERONIS 45)  
verbis) multa tamen inter se communia haberent, fo-  
rum, fana, porticus, vias, leges, iura, iudicia, suffra-  
gia, consuetudines practerea & familiaritates, multasque  
cum multis res, rationesque contractas &c. Quae quidem  
omnia in ciuium arbitrio sic esse posita palam est, vt con-  
fessione prius facta, immutari, corrigi, amplificari, con-  
trahi, & abrogari queant, verum ea cautione, vt nil  
committatur, quovel vniuersa concuti societas, vel mem-  
brorum singulorum commoda nefarie imminui, vel tan-  
dem omnium, aut certe plurium, consensu rite constitu-  
ta, citra aliquam necessitatis aut calamitatis rationem,  
in periculum venire queant. Hisce obseruatis homines  
se longius abesse contestantur a natura ferarum, quae  
tametsi in quibusdam rebus, veluti sunt robur, acies-  
que sensuum, nos aliquando superare videantur, ra-  
tione tamen quolibet respectu sunt inferiores, ac iu-  
stitiae & aequitatis laudem promereri ideo non pos-  
sunt. Caeterum si obligationem sic, nec aliter, agen-  
di in ciuili statu spectes, eam, quatenus ex passione  
orta est, eatenus ad ius naturae referendum esse quis-  
que videt.

## XVI.

45) de officiis, L. I, c. 17.

## XVI.

Restat autem quererere, num ius detur, quo similiter, ut ciues in republica societatis nexu sunt coniuncti, integrae in terra gentes ad societatem aliquam vniuersalem, instinctu naturali, atque nescio quo appetitu societatis cum his, qui sunt sui, id est, eiusdem generis, colendam obligentur? Ansam huic quæstioni ventilandæ H. GROTIUS suppeditat, qui in praeclaro caeteroquin opere, 46) non modo ius naturæ quoddam sociale vel excogitauit, vel post veteres, qui prope idem sentiebant, in concinnorem ordinem redegit; sed & multa saepenumero subtilius, quam verius, de iure gentium voluntario *latius patente*, eoque vel vniuersali vel certarum gentium, nec non de iure gentium voluntario, quod ipse *arctius* appellat, quodque ab ICtis, maxime Romanis, cum iure gentium patentiori, quin cum ipso naturali iure confundatur, disputat: contradicente SAM. L. B. DE COCEII, qui 47) ius gentium voluntarium, *quod gentes usu & necessitate exigente sibi constituerint, & quod omni humano generi commune sit*, vt IVSTINIANVS Imp. loquitur, 48) non dari, ac praeterea Romanos veteres per ius gentium nil aliud, quam ius naturæ ipsum, intellexisse studiosius contendit, denique & iura illa, quae GROTIUS voluntate & consensu gentium voluntari.

46) de Iure B. &amp; P.

47) in Introd. ad parentis sui Grotium illustrat. diss. IV. §. 46. sq.

48) §. 2. I. de iure n. g. &amp;c.

voluntario statuta esse putat, fabulam olere afferit.  
 Quid vero? an proinde totum illud, quod de iure  
 gentium in sapientum scholis pridem atque nuper dis-  
 putatum est, tollemus illico, aut meras nenia dicen-  
 mus? Absit enim vero; siquidem cocceii etiam vere  
*ius gentium* existare aliquod non diffitetur, quid? quod  
*ius Romanum collectum esse ex praceptis iuris gentium*  
 declarat. 49) At quum lis propterea nondum direm-  
 ta esse videatur, nobis quidem in dissensione ista ICto-  
 rum SAM. L. B. PVENDORFIVS in primis placet, qui  
 laudata TH. HOBBESII sententia, 50) qua legem na-  
 turalem diuidit in *naturalem hominum & naturalem ci-  
 uitatum*, &, quum utriusque eadem pracepta sint,  
 discriminem utriusque in hoc uno ponit, quod ad singu-  
 los relata *lex naturae*, & ad ciuitates aut maiores  
 gentes applicata, *ius gentium* plerumque nominetur:  
 rem tandem illam porro verbis suis sic illustrat, ut  
 sibi contradicere non credit eos, quibus *ius naturae*  
 id vocare placet, quod in conformitate cum *natura ra-  
 tionali* consistit; *ius gentium* autem, quod ex ratiociniis  
 indigentiae nostrae, cui quam maxime per socialitatem  
 succurritur, fluit. Ita ille pariter *ius positivum gen-  
 tium* a superiore aliquo profectum negat, quae vero ex  
*naturae nostrae* colliguntur indigentia, ad *ius naturae*  
 referunt, quaeque *iura gentibus* diuersis inter se commu-  
 nica habentur, non ex aliqua conuentione, aut obliga-  
 tione

49) praefat. ad diss. XII. §. 4.

50) in Elem. Philos. de ciue, c. 14.

*tione mutua, sed ex placito peculiaris legislatorum in singulis ciuitatibus per accidens conspirare docet.* Habes igitur determinatas iuris species, quibus vita hominum dirigitur; ne, dum huiusmodi nominibus post hac vtendum erit, vagis notionibus nos indulsisse, operaris. Redeamus nunc e diuerticulo in viam, vel potius, si commodum est, ad ipsas vias conuertamur.

### XVII.

*Vitis etiam in statu naturali homines carere haud omnino potuerunt, (supra II.) atque adeo id omne, quod vel ad delectum soli & aedificationem, vel ad usum attinet earum, sola lege naturali vnice diuidicandum erat. Postquam illi vero in societates coierunt, eo pacto, ut dominia in saluo essent, & communis salus contra quorumcunque vim, iniuriamque, farta testa iunctis viribus conseruaretur, (II. XIV.) viae, quoad ciuitatis alicuius ditio extendebatur, etiam illius erant propriae, & quidquid inter ciues de ipsis disceptari poterat, ciuali etiam eorum iure decidendum erat. (XIV.) Quod in solo, quum nullius esset, occupato, vni ciuitatum licuit, id alteri similiiter licebat, quum unaquaque sui juris esset, nec ab altera penderet. Ita quaque adiutum, & usum viae suae, alteri vel patefacere, vel etiam occludere, pro suo arbitratu poterat, perinde vt ex huiuscemodi confortione commodum sperabat, aut periculum timebat atque damnum. At quum omnia non omnis ferat tellus;*

tellus; quum subsidia viuendi varia vicinus a vicino  
discere, quin petere valeret; quum necessitates popu-  
li, vel sola commutatione rerum, quibus abundabant,  
instituta pulchre subleuari posse obseruarent, atque  
vtraque pars eo modo res augeri suas animum adver-  
teret, mutua vtilitas persuasit, vt viarum vsum faci-  
le concederent, si cui extraneo mercatum exercere  
cum indigena vel ciue libuisset. His initii res coe-  
pta, & paullatim latius distenta est, aemulantibus in-  
geniis, quum primum istam rem communitati condu-  
cibilem intellexerunt, quis maxima exinde commoda in  
suam deriuare ciuitatem posset. Ea ratione gentes ad  
communicandas vias suas faciles se praebuerunt, quae  
&, nulla dum conuentione interposita, in dies magis  
publicae fiebant, & nunc postequam merces diffissimi-  
mis ex regionibus allatas adamare coepimus, certa  
quidem sub conditione ad ius gentium (XV.) perti-  
nere reputantur.

XVIII.

Neque vero nosse sufficit, quid circa vias publicas in statu naturali iustum sit, sed aliquanto propius res omnes intuendae, & cum primis quoque explanationis dicendum erit, quaenam iura, quaeve obligaciones nostra in republica se circa vias exferant. Illae autem quum vel iam extructae sint, vel demum extruendae; ipsa res, opinor, dictat, ut disquisitionis huius duas partes faciamus, quarum prior *iura circa vias constitutas* breui disputatione complectatur, & po-

terior, quae iuris rationes, quum in genere, tum paullo specialius in *Circulo*, ceu vocant, *Sueviae, circa nouas vias exstruendas obseruari debeant, decentissime exponat.*

## PARS PRIOR.

### IVRA ET OBLIGATIONES CIRCA VIAS IAM EXSTRVCTAS.

#### XIX.

Si verum est, quod asserunt Doctores nostri, in definitiendis iuribus & obligationibus ab adcurata notione rei, in cuius iura inquirendum fuerit, omnia, vel saltim plurima, pendere: nostrum in praesenti erit, exhibere definitionem viae publicae, cuius ex momentis iura, quae occasione viarum publicarum incident, deinceps commode deduci queant. Et vero difficilior haec res est, quam plerisque videatur. Neque enim legalis *VLPIANI* descriptio, <sup>51)</sup> neque variae Doctorum definitiones, si quid ipsi cernimus, omnibus suis numeris perfectae & expletæ appellari possunt. Quam in rem earum aliquot hic recensere, atque nostram denique subiungere licet. *STRAVCHIVS* <sup>52)</sup> definit viam publicam per soli publici certum spatiū latitudinis definitae, tam in directum seu porrectum, quam in flexum. Quis vero isthac ratione viam publicam ab

alio

<sup>51)</sup> l. 2. §. 21. ff. ne quid in loco publ. vid. supra VII.

<sup>52)</sup> in Praelect. ad l. 1. §. 20. ff. ne quid in loco publ.

alio quoque solo publico non admodum distingui  
per se non intelligat? At si huic definitioni quidquam  
deest, nimum quid mihi videoe videre in illa altera,  
quam EVER. OTTO 53) exhibet, quod nimurum via  
publica sit illa, cuius solum est publicum, quae publice  
munitur, & qua publice commeatus est. Quum enim  
supra (VIII.) iam viderimus, vias publicas, vel ma-  
xime apud Romanos, haud raro sumtibus priuatis mu-  
nitas fuisse, in definitionem viae militaris istud etiam,  
Quod publice muniri debeat, tamquam attributum eius  
essentialie atque proprium ingredi haudquaquam pot-  
est. Nec porro cum HENR. COCCII 54) facere pos-  
sumus, qui viam publicam appellat, per quam omnibus  
inuicem patet aditus, cuiusque ductibus cunctis hominibus  
se mutuo conueniendi, commercisque cunctarum quasi ter-  
rarum utilitates communicandi copia datur; nam & hanc  
descriptionem multa superuacanea ingrediuntur, quae  
vnuquisque, nullo admodum negotio, animaduerterit.  
Denique nec CASP. ZIEGLERVM 55) sequi animus est,  
qui, mutatis paucis, VLPIANI verba repetit, viam  
publicam vocando portionem territorii ad directum, cer-  
tis finibus latitudinis ab eo, qui ius publicandi habuit,  
vt ea publice iretur commearetur, relictam. Atque vi-  
des sine dubio, has omnes, quot hoc quidem loco ex-

D 3

hi-

53) in supra laudato libro singulari de entela viarum.

54) in diff. de regali viarum publicarum iure, quae exstat in Eiusd,  
Exercit. T. I. n. 34. §. 4. p. 373.

55) in tract. de iur. maiest. tit. de regali viarum publ. iure.

hibuimus, viarum definitiones, eo, quod laborent natus suis, arridere nobis, adaequatoria expetentibus, non posse. Restat ergo, nostram subiungamus, quae num definito suo satisfaciat, an vero minus? ex trattatione ipsa satis elucescat. *Viam publicam* vocamus soli quamdam portionem, commercio priuatorum publica auctoritate exemptam, eum in finem, ut per illam liberum at simul innoxium cuique de regione in regionem transeungi iter exstet.

### XX.

Via igitur est publica, cuius solum, auctoritate summi imperantis, dominio priuato est exemtum, (per anteced.) & haec ipsa publica auctoritas fons & origo est, ex qua *Iura*, principi in viam competentia, & nascentes ex parte priuatorum *obligationes* deriuantur. Complexus horum iurium a Doctoribus nostris regale viarum publicarum *ius* dicitur, & s. STRYKIO 56) vocatur *ius supremam iurisdictionem & dominium in viis exercendi*, redditusque inde percipiendi ad promouendam earum securitatem. Mallem STRYKIVS dixisset, ad ciuium & exterorum commerçantium utilitatem; quia, securitatis tantum mentionem facientes, curam viarum, & supremam circa illas inspectionem, terminis iusto angustioribus definiunt.

### XXI.

*Ius circa vias publicas regale* diximus, idque tripli inducti ratione: primo quidem quia solum viae 56) In Exam. iur. feud. C. 9. qu. 6. publicae

publicae in principis dominio est, adeoque ipsa via a solo principe constitui debet; *deinde* quia interest re-publicae, ut viae iam constitutae bene etiam munitae sint; *denique* & quia securitas in via publica a nemine, praeterquam a solo imperante, tanta cum auctoritate praestari potest. Et hae fere rationes sunt, quibus ductus Fridericus I. Imp. vias publicas in numerum regalium refert, 57) quo titulo nostris temporibus iure merito statibus imperii, certis quidem sub restrictionibus, adiudicantur, ad exemplum aliorum iurium regiminis, quae specialiter exempta, aut ab Imperatore reseruata non fuere. Sed quum in praesenti vere nostra referat, docere, quibus in rebus regale circa vias ius potissimum se exserat, & quounque limites illius extendantur; operae iam erit premium, in notionem vocis regalis, atque varias illius significatus, paullo altius inquirere.

Barbara denominatione Canonistae *Regalias* vocant ius regium fruendi redditibus ecclesiae vacantis, & conferendi beneficia, curam animarum non habentia, quae alias ab Episcopo conferri solent, donec nouus episcopus sacramentum fidelitatis praefliterit regi, & ab eo inuestituram bonorum ecclesiasticorum, caeteraque hue spectantia, acceperit. 58) Porro & *regalia* appellantur

57) II. *Faud.* 56.

58) Conferri potest ante alios tractatus generalis de *Regalia*, qui primum Gallice, deinde autem a. 1689. Latine editus est, sine loci mentione, in 4, in primis L. I. c. 1, ubi autor copiosius eam rem pere.

tur iura, quae ab Imperatore quidem pendent, attamen a Statibus Imperii in alienis territoriis exercentur, 59) & eatenus diuersa sunt ab iis iuribus, quae status in suis ditionibus, vi superioritatis territorialis, proprio iure possident, 60) Deinde quoque *regalium* nomine insigniuntur iura quaedam maiestatica, principibus & statibus imperii immediatis, vel etiam interdum mediatis, a Caesare sigillatim, & absque territorio concessa, ita tamen, ut vniuersali iurisdictioni, & superioritati nil praeiudicent. Lingua nostra *Herrlichkeiten* vocantur; de quibus vide CASP. KLOCK de contrib. th. II. & H. COCCII in iuris publici prud.

c. 21. §. 7. Refero hoc exempli causa*s* ius creandi notarios, habendi metallifodinas, venandi, vestigalia & pedagia exigendi, &c. quea*s* iura interdum ex speciali priuilegio priuatis quoque, & ciuitatis municipalibus competere videmus. 61) Denique & ipsae leges imperii vocem *regalis* pro iure reseruato Caesaris usurpant. Sic enim cautum est in ordinatione politica imperii, Spirae a. 1570. a Caesare & Imperio

pro-  
persequitur. Addi meretur I. H. BOEHMERVS, in iure ecclesi. protest. Lib. I. Tit. 6. 66.

59) MELCH. DE LVDOLFF Obseru. for. P. II. obs. 33.

60) N. C. LYNKER in Analect. ad G. A. STRVII Synt. iur. feud. C. 6. aph. 23. n. 1.

61) in Palatinatu e. g. nonnullas ciuitates mediatas gandere iure pedagiorum & viariorum testatur die Chur-Pfaelzische Chaußee-Ordnung de a. 1764. in verbis: Weilen hier und da *Ortschafteu* gelegen, welche eines absondern *Weeg-* und *Pflastergelds* immer dem Dorf, Flecken, oder Stadt berechtiget est.

promulgata, §. 132. vt ne Status imperii *Iure Caesareo* cedendi monetam, *ipſis ab Imperatore ex speciali gratia concessis* abutantur, siveque illo indignos fese reddant. 62) Qui vero plures adhuc vocis significatus nosse cupit, adeat 10. THEODOS. SCHEFFERVM in diff. de regalibus. 63) Nos in praesenti hos omnes mittimus, & cum ZIEGLERO 64) Regalia vocamus *iura illi*, quia summum in republica tenet imperium competentia, ad tuendam dignitatem & salutem reipublicae. Quemadmodum vero salus reipublicae ac dignitas quam contra exteriores, tum respectu ciuium seruari debet, ita & iura regiminis, sive regalia, dispescuntur in *transeuntia* & *immanentia*, quorum priora iterum in pacifica & bellicosa diuidi solent. Haec autem non curamus. Maioris nobis momenti est iurium regiminis immanentium distinctio in *essentialia* & *accidentalia*. Sub prioris generis iuribus intelligo ea, sine quorum exercitio respublica bene ordinata confistere plane non potest. Talia potissimum sunt iurisdictio ciuilis atque criminalis & ius politiae. Accidentalia regiminis iura orum atque existentiam suam certis institutis debent, quae quidem non absolute necessaria sunt, attamen ad

E vitam

62) verbis: Alsdann auch die *Münzgerechtigkeit* kein Merkanzey, sondern *Ueber Kayserlich Regal*, so die Münzstaende aus Unfern sonderen Vertrauen &c.

63) Tübinger, 1719. habita. Existat illa in I. I. MOSERI Synt. diff. iur. publ. Germ. p. 695.

64) in tract. de iur. maiest. L. I. c. 3. §. 9.

vitam commode degendam, ad promouenda commercia, &, ut verbo dicam, ad ciuitatem bene regendam, vel maxime faciunt. 65) Huius generis sunt ius monetarum, postarum, vestigalium, viarum publicarum, &c. Sunt denique, qui iura regiminis in onerosa atque lucrativa distinguunt; sed quum hodie ius fere nullum exstet, quod lucratuum reddere non didicissent plurimorum principum ministri & consiliarii, hanc distinctionem iure merito, tamquam otiosam, praetermittimus. 66)

### XXII.

Recensere autem iura singula, singulasque obligationes, quae occasione viarum imperanti & priuatis nascuntur, & sub regali viarum publicarum iure comprehendi possunt, inanis certe & taxandus labor foret: itaque sufficiat, in eminentiora quaedam iura, quum principi, tum priuatis, competentia paullo diligentius inquirere, & obligationes, quae hisce iuribus ex una alteraque parte veluti respondent, paucis, quantum scilicet ad rem ordine systematico tractandam opus est, exponere.

### XXIII.

65) vides hinc quam vanus labor sit eorum, qui regalia certo numero concludere student. Quamdui enim instituta & obiecta, circa quac regale ius existere potest, enumerari nequeunt, tamdui & regalia certo numero definiri haudquaquam poterunt, vid. quae hac de re differit CARPOZOVIVS in tr. de regalibus, Cap. I. aph. 10.

66) Conf. omnino ad hunc §. REGNERI SIXTINI tract. de regalibus, Cassell. a. 1609. in 4. ed. praesertim L. I. c. 1. & 2.

## XXIII.

Inter iura, quibus ipse princeps fruitur, primum facile locum tenet ius illud eminentissimum, & vel maxime lucratuum, exigendi *vestigalia*, *pedagia*, *pontatica*. 67) *Vestigia* autem appellamus *onus reale pro mercium vectura aut transitu principi debitum*. Adit ZIEGLERVS: 68) in auctoramentum praefitiae securitatis & refectionis viarum publicarum. At quum haec verba magis ad iustificanda *vestigalia*, 69) quam ad determinandam eorum naturam & essentiam tendant, illa ex definitione nostra, iusta ratione, ceu opinor, exsulanter.

## XXIV.

Ius *vestigialium* quoquis tempore, & apud omnes gentes cultiores, pro parte summi imperii habitum esse, historiae sat & abunde comprobant. Et quanti momenti illud fuerit apud Romanos, non est, quod

E 2

multis

67) de pedagiis infra.

68) cit. I. Lib. II. p. 976.

69) Originem *vestigialium*, simulque eorum iusticiam curiose admotum deseribit Sigismundus Imp. in der *weltlichen Reformation*, de a. 1436. Cap. II. --- wie zoell erdacht sind: Ihr fullent hoeren, wie zaell des ersten angegeschlagen wurden von einem Keyser. Es waren wilde Gebing, do man Strass über haben must --- do ward angeschen, das er billich von gemeiner hand gemacht wurd: und ward aufgesetzt ein leichter zoll, in der Maafs, das niemand keinen zwang noch drang dazu haben sollt --- Ihn besekelt niemand, dann das er verbawen ward. in MELCH. GOLDASTI Conf. Imp. T. IV. Cl. I. p. 188. & apud I. C. LVNIG im Reichs-Archiv, P. IV. p. 238.

multis hic edoceam. 70) Vnum illud allego, quod  
immunitas a solutione vestigialium speciale & illustre  
priuilegium fuerit reputatum. Gaudebant autem illo  
milites, teste TACITO, 71) praefecti item atque prae-  
fides prouinciarum 72) quemadmodum nec de rebus  
ad exercitum aduehendis, 73) aut ad fiscum pertinen-  
tibus, nec denique de rebus ad necessarium proprium  
que vsum comparatis, vllum solutum fuit telonium. 74)  
Atque in hoc Reges Francorum & Imperatores Roma-  
no-Germanici antecessores suos firmo pede sunt secu-  
ti, quod in Capitularibus & Constitutionibus suis, iuri-  
bus circa vestigalia definiendis ante omnia attentiores  
fuerunt. Exemplorum loco allegare nobis liceat Ca-  
pitularia Comitiorum Metensium, a Pipino rege anno  
post Christum natum 755. celebratorum, cap. 4. Caro-  
li M. cap. II. 13. 19. & Ludouici Pii, cap. 19. 75)

Has leges circa vestigalia latas excipiunt singula-  
res quaedam imperatorum constitutiones, 76) quas de-  
nique

70) vide, sis, titulos digestorum & Codicis: de publicanis & vestigia-  
libus; de vestigib[us] & commissis; noua telonia institui non pos-  
se: &c.

71) Annal. XIII. 51.

72) I. 4. §. 1. ff. de publicanis & vestig.

73) I. 9. §. 7. cod.

74) I. 5. C. de vestig. & commiss.

75) Exstant in BALVZII Capitular. Regum Francorum; & ap. GEOR-  
GISCH in Corp. iur. germ.

76) e. g. Ludouici IV. apud I. C. LVNIGIVM im R. A. T. IV. p. 5<sup>o</sup>.  
Add. I. P. LVDEWIGIVM, qui in Reliquis MStor. varia di-  
plomata hue facientia collegit.

nique sequuntur recentiores leges, cum primis in Recessibus imperii contentae. Quotquot enim horum extant, tot & circa vestigalia repieres constitutiones, quarum autem summa tribus his momentis fere iam absolvitur: Nova telonia ne instituantur, nisi ex praecepto & auctoritate Imperatoris; vestigalia, turbulentis temporibus contrarius & aequum aucta, vel penitus tollantur, vel in iustum modum redigantur; viae denique publicae reficiantur & securae reddantur ab illis, qui vestigalia accipiunt. 77)

Hodierna qui nosse cupit vestigalium in imperio Romano - Germanico iura, euoluat Capitulationis Cae-sareae Articulum VIII. vbi disertissimis verbis cautum est, vt ne Imperator noua telonia concedat, concessa augeat, proroget, translocet, extendat, 78) nisi una-nimi principum Electorum consensu 79) & auditis prius vicinis, & statibus illius circuli, in quo vestigalia vel instituenda, vel adaugenda fuerint, quorum

E 3

de-

77) R. S. de a. 1235. Cap. XIII. & XII.; de a. 1287. §. 22. 23. 24; pax publica sub auspiciis Alberti Regis facta Norimbergae, a. 1303. §. 10-13. caet. apud HENR. CHRIST. L. B. A. SENKENBERG, in der Sammlung der Reichs-Abschiede, T. I.

78) §. 1. Wir s. u. w. auch ... keinen zoll von neuem geben, noch einige alte erhöben, oder prorogiren, weniger von einem Ort oder Bezirk zum andern, weiters, als sichs gebühret, und rechtmässig hergebracht, erstrecken, oder verlegen lassen, auch vor Uns selbst keinen aufrichten, erhöhen, oder prorogiren.

79) Es sey dann nicht allein mit aller und jeder Churfürsten Wissen und Willen ---- Collegial - Stimmen ---- einmäthig --- ohne die Vnani-mia nichts zu Stand zu bringen.

denique monita, &, si quae exstant, grauamina Imperator atque Electores rite perpendant, ac, si iusto fundamento nitantur, iuxta illa etiam procedant. 80) Plura hic de vestigialibus differere, nec animus, nec locus suadent. Evidem sufficere opinor allegasse ea principia, quibus infra, quum de exstrenudis nouis viis publicis tractabimus, ob paritatem rationis, forsan insistere poterimus.

XXV.

*Alterum ius, quod ex dominio atque suprema inspectione viarum publicarum imperanti oritur, est Iurisdic<sup>tio</sup> in illis.* Quemadmodum enim fons omnis iurisdictionis in Imperio est Caesar, ita princeps in territorio, qui proinde quoque iurisdictionem in via publica exercet. Et haec quidem in tam eminenti gradu illi competit, vt secundum Doctorum opiniones, concessa iurisdictione in genere, haec species simul concessa esse non videatur; hinc nec nobiles gaudere illa aiunt, quamvis inuestiti sint mit den Gerichten, nisi speciatim exprimatur in litteris inuestiturae, quod eis competere debeant die Strafengerichte. 81) Affine

80) §. 3. sondern auch die interessirte benachbarre und derjenige Kais<sup>r</sup>, in welchem der neue zoll aufgerichtet, oder ---- will, darüber gehoeret, deren dawider habende bedenken und beschwerden von Uns und denen gesamten Churfürsten gebührend erwogen, und nach befundener billigkeit beobachtet worden.

81) SAM. STRYK, in Vf. mod. tit. de via publ. §. 3. STRÄSSER in diff. de iuribus viarum publ. Argent. 1738. hab. §. 16. G. A. STRV.

iurisdictioni in via publica est *ius conductus*, introduc-  
tum turbulentis illis temporibus, quibus Germania  
perpetuis bellis atque dissipationibus, ceu vocant, de-  
uastabatur, & viatoribus a latronibus, nobilibus 82)  
aeque ac plebeiis, vel maxime metuendum erat. Offi-  
cium hoc tuendi commeantes certis personis fuit de-  
mandatum, quibus pro comitandi opera merces ali-  
qua sub nomine des *Geleitgeldes* soluta fuit; alii vero,  
ut ex variis constitutionibus imperii videre licet, ex-  
pressis verbis ab hoc munere arcentur, 83)

Hinc est, quod quasi obiter attingimus, haud ra-  
ro principem, per modum feruitatis iuris publici,  
*ius conductus* in alieno exercere territorio, 84) quod  
quidem

**S T R V V I V S** in Synt. Jur. Fend. Cap. 6. aph. 23. AHASV.  
**F R I T S C H**, de regali viar. publ. iure, C. 3. §. 20. C. 10. § 11-  
seq. (in opp. T. I. P. I. n. 14.) I. F. PFEFFINGER ad Vitriar.  
L. III. Tit. II. n. 54. not. c.

82) hinc dictum illud Westphalicum: Ruten, Roven dat is gheyn  
Schande, dat doynt die besten van dem Lande. **R O L E V I N K** de  
moribus Westphal. L. III. Cap. 10.

83) vid. *Saczung des Lanuifrids von dem Roemischen Kunig Rudolphen zu*  
*Wirczburg in dem Concilio aufgesaczt*, im Jahr 1287. vbi §. 19.  
Wir gepieten auch bey unsern hulden, das niemand den andern be-  
laist durch das land umb kain Gut, Er hab dann das Gelaiz von dem  
Reich, das arm und reich dester sicherlicher farn und sich daran  
verlassen mügen. Quae lex verbotenus reperita in pace publica  
Norimbergae a. 1303. sancta, §. 10. Apud **SENKENBERGIVM**  
l. sup. cit. T. I. p. 34. & 40.

84) Ita Elector Palatinus in vicinis quibusdam regionibus, Domus Sa-  
xonica in territorio ciuitatis Erfordiensis, (vid. der zwischen Chur.  
Maynz und dem hause Sachsen,  $\frac{16}{25}$  May zu Erfurt aufgerichtete  
Execu-

quidem innumeris litibus ac querelis ansam praebere  
suevit. 85)

§. XXVI.

Interea non solus princeps est, qui variis iuribus  
intuitu viarum fruitur: sed & priuatis ius est quum  
*ad integratatem viarum, tum ad liberum earum usum,*  
*ac securitatem in illis.*

At quum ea iura infra, obligationum nomine ex  
parte principis, aliquanto propius consideranda sint,  
hic quidem loci paucis tantum verbis quaedam pree-  
stremus.

Viatores atque commeantes tot tantasque pecu-  
niae summas mox vestigium, mox pedagiorum, pon-  
taticorum & viaticorum nomine tenentur soluere: quid,  
quaeſo, iustius & aequius, quam ut iidem illi ex sua  
quoque parte quaedam, veluti in vicem, auferant,  
percipientque commoda? Inde illi iure suo postulant,  
vt

Executions-Recess, §. 4.) Dux Wurtembergiae per urbem Gemun-  
dam & territorium ciuitatis Eslingensis, (FRITSCH de reg. viar.  
publ. iure, C. 12. n. 9.) & Landgravius Hassio-Darmstadtinus per  
varios Wetterauiae tractus, vsque ad speculam Francofurtanam,  
*Frankfurter Warte*, conductus ius exercent. FRITSCH c. I. LIM-  
NAEVS ad A. B. Obs. II. n. 3. An vero hoc casu principi con-  
ducenti ius quoque competat cognoscendi circa delicta in via com-  
missa, vide apud BENED. CARPOZIVM, in pract. rer. crim.  
qu. 110. n. 39.

85) Celebris quondam fuit lis inter Electores Moguntinum & Palati-  
num medianibus regibus Galliae & Sueciae, a. 1667. d. 7. Febr.  
Heilbrunnæ solemni laudo terminata; quod legitur apud LVNIG.  
in Reichs-Archiv. T. V. P. I. p. 424.

vt viarum strata apta sint ad transitum cuiusque generis, vt lacunae compleantur, stagnantes aquae abducantur, saxonum moles, commeatum maxime impedientes, remoueantur, 86) &, vt verbo dicam, viae publicae sint ita comparatae, vt primarius earum finis, id est, commerciorum facilitas, modo quoquis optimo celerrimoque obtineri queat.

## XXVII.

Mutuas necessitates, mutuaque commoda exstruendarum viarum ansam praebuisse, supra vidimus, (II. XVII.) & hinc est, quod, quamvis iure gentium strictiori gens gentem suomet a territorio arcere possit; tamen omni aeuo, a gentibus moratoriis, innoxius viarum publicarum usus extraneis haud umquam denegatus fuit. Atque idem mos proinde apud nos Germanos etiam inualuit, hac quidem ratione, vt ex regulae praescripto omnes omnino homines libero per Germaniam fruantur transitu, liberrimaque mercium vectura. Excipiuntur tamen milites & exercitus exterorum principum, quibus iter per Imperii fines, non nisi certis sub conditionibus, & si prius de damno, villo modo non inferendo, cauerint, concedi iubent leges nostrae. 87) Idem consimiliter dicendum de

F

quibus-

86) vid. infra, XXIX. not.

87) R. I. de a. 1582. §. 33. verb. Und dann das sie genugsame verburgte Caution mit Staenden im Reich gesessen, vermoegte des Reichs Abschieden, dem Krais - Oberstaedt, Zu- und Nachgeordneten, in derer Krais --- der An - und Durchzug vorgehen moechte,

quibusdam mercibus, Gallis *Contrebande* dicitis, quae vel inuehi vel euchi prohibentur, quarum autem numerus & qualitas pro diuersitate legum atque morum variant.

Num vero pro illo transitu, qui ICtis nostris in doctrina de seruitutibus iter vocatur, viatores quidam soluere lege teneantur, infra, quum de obligationibus priuatorum sermo erit, paucula differere constitui.

### XXVIII.

Hic vero liber transitus vel nullam, vel saltim exiguum vtilitatem adlaturus foret commendantibus, nisi simul tutae redderentur viae, vt viatores ab omnibus iniuriis, ac violentis latronum manibus securi incedere possint. Tertium ergo, quo intuitu viarum publicarum gaudent subditi & alii priuati, est ius ad securitatem in illis. Hunc in finem conducendi morem fuisse introductum, supra vidimus. ( XXV.) Attamen quum salus reipublicae omnino flagitet, vt, sicuti

te, zuforderst thun wollen. Adde R. I. de a. 1594. §. wir erkennen 38. Quae autem a principe imperii per alterius status territorium milites ducente, obseruari debeant, vid. in I. P. O. art. 17. §. 9. verbis: *Quoties autem milites quavis occasione, aut quo cunque tempore, per aliorum territoria que fines aliquis ducere velit, transitus huiusmodi instituatur eius, ad quem transeuntes milites pertinent, sumti, atque adeo sine maleficio, damno & noxa eorum, quorum per territoria ducuntur: ac denique omnino obseruentur, quae de conseruatione pacis publicae imperii constitutiones decernunt & ordinant.* Conf. & Capitul. Caesar. art. 4. §. 7.

sicuti in aliis territorii partibus, ita & in via, nemo laedatur; boni principis est, curare, vt etiam sine conductu solemni pax floreat & quies in viis militari-  
bus. 88)

### XXIX.

Pergimus ad *Obligationes*, quae viarum respectu imperanti & priuatis, subditis extraneisue, nascentur. Quae in antecedentibus intuitu priuatorum iura vocavimus, eadem fere nunc respectu *principis obligationes* appellamus, quarum potissimum duea sunt, *munitio* scilicet & *securitatis praefatio*.

Trita quidem, at aequitati naturali vel maxime consentanea, est iuris nostri regula, quod, qui habet ex re commodum, onus quoque ferre debeat. Princeps igitur, qui tantis vtilitatibus, ex viis publicis prouenientibus, fruitur, qui ingentes pecuniae summas vestigialium nomine accipit, cuius ciues ex frequenti exterorum commeatu atque transitu innumera commoda percipiunt, curare etiam debet, vt viae in territorio suo bene sint munitae, & si qua tempestatum aut temporum iniuria, vel frequenti viatorum, equorum, & vehicularum attritu fuerint deteriores redditae, reficiantur.

Incumbit autem principi hoc onus non solum ex aequitatis naturalis principiis, sed & ex pracepto con-

F 2

stitu-  
88) Philippus Magnus, Landgravis Hassiae, dicere solitus fuisse perlibetur: Man soll einen Fürsten kennen bey reiner Straße, guter Münz, und haltung geschehener Zusage. STRYK. I. c.  
R. SIXTIN. de Regal. L. II. c. 2. n. 34.

stitutionum imperii. Ita iam a Friderico II. Imp. ordinatum est, 89) vt omnes illi, qui vestigalia vel in viis terrestribus, vel in aquis exigunt, vias quoque atque pontes reficiant. Repetit hanc constitutio- nem Fridericianam, Rudolphus I. in comitiis Herbipolensibus, a. 1287. celebratis. 90) Magis autem memoratu dignum est Mandatum Friderici III. Imp. ad Marchiones Fridericum & Sigismundum Brandenburgicos, de ponte iuxta Moenum apud oppidum Kizingen, vetustate temporum ruinam minante, reparando, ne, quando ille plane imperius redderetur, viis imperii notabile damnum inferatur. In compensationem vero impensarum refectionis Imperator Marchionibus omnem utilitatem, ex usu huius pontis percipiendam, largitur. 91)

Quodsi autem consuetudine aut longo usu, vel lege prouinciali quadam, aliud sit introductum, onus refi-

89) vid. Constat. Friderici II. Imp. de a. 1236. Cap. X. §. 2. Alle dy zoell nehmen uff Wasser und uff dem Land, die sollen den Wegen und Bruken ihre Recht halten mit Machen und Besserung. apud SENKENBERG, T.I, p. 23.

90) Alle dy zoell nehmen &c. loco supra, XXV. not. 83. cit.

91) Tenor huius mandati hic est: Wir Friederich &c. entbieten --- Marggrafen zu brandenburg --- Als die Pruk über das Wasser den Mayn bey Kizingen, die Unfer und des heyl. Reichs Straffen und gemeinen Nutz zu gut etwa gemacht, nun aufs ihrem Alter bawfaelig worden und zu beforgen ist, so das nicht fürkommen, künftiglichen ganz schadhaft oder zufallen wird, das desselben Orts an Uns - und des Reichs Straßen ein merklichen Abbruch und Verhinderung brecht, das Uns in keinem Weeg zu gedulten stect, darumb

reficiendi vias etiam in subditos redundare potest.  
 Aut si vectigalia, caeterique reditus, ex viis prouenire soliti, tantis impensis non sufficiant: hoc casu ad reparationem obligantur subditi, moribusque nostris plerumque collecta indici solet, quae quidem ob fauorem viarum publicarum eo priuilegio munita est, ut ab illa se eximere haud quisquam possit, ac ne ordo quidem clericorum. Etenim sic Impp. AA. Honorius & Theodosius rescripsierunt: *Ad instructiones itinerum pontiumque etiam diuinis domos, & venerabiles ecclesias, tam laudabili titulo libenter adscribimus.* 92) Et Carolus M. vt supra iam (XI.) monuimus, edicit: *Postfessiones ad religiosa loca pertinentes nullam descriptionem agnoscant, nisi ad constitutionem viarum & pontium.* 93) Digna etiam quae aliis ad imitandum non tam propontantur, quam impense commendentur, ea sunt, quae

F 3

in

darumb so bescheiden wir euch als Roemischer Kayser ernstlich und verftiglich, dass ihr solche obgemeldte Prucken zu ewren handen nehmet, und ihr und ewer Erben die jetzt fur an baylichen und wesentlich halteret, damit der gemeine Nuz deshalben unverhindert beleib, dagegen auch die Nuzung, die bisher von folcher Prucken gefallen ist, und aus altem herkommen, und Unsern oder Unserer Nachkommen begniadungen, gefallen wurd, aufhebet, die Gebew und Verlebung solcher Prucken davon desto statlicher zu thun, und im Wesen zu halten. Geben zu Goppingen, 6ten Oct. 1488. ap. LVNIG, im R. A. Part spec. Cont. II. 3te Abtheil. Suppl. n. VI. p. 975. adde Conclus. imp. de 1671. §. und weilen 4) in der Senkenberg. Samml. T. IV. p. 73.

92) in I. 7. C. de SS. ecclesiis; coll. I. 4. C. de priuil. dom. Aug.

93) in Capitular. Lib. VI. c. 109. Contradicunt nonnulli Iuris Canonici Doctores, quos vide ap. DEDELL, in diss. de reparat. viar. publ. §. 19.

in constitutione Electorali Palatina circa vias publicas (supra XXI. not. 61. laudata) earumque instauracionem, ordinantur, si quidem in hac onus impensarum inter ciues & extraneos iusto modo disperitri videatur. Quae autem in dilecta patria nostra, Suevia, hac in re iustitiae laudem consequantur, infra, quum explicatius de viis Sueviæ dicendum erit, exponemus.

## XXX.

Alterum ad quod princeps ex regali viarum publicarum iure obligatur, est, ut eas tutas ac securas praestet. Consistit autem haec securitas in immunitate ab offensione, damno, & quacunque alia iniuria, tam in persona, quam in rebus, metuenda. 94) Et prae-stare illam princeps iam qua talis utique deberet, ex principiis iuris publici vniuersalis, secundum quae vnumquemque in suo territorio ab aliorum laesioni-bus tueri tenetur; nisi idem illud leges etiam imperii praeciperent. 95) Sed & adductiore vinculo ad tui-tionem

94) FRITSCH, c. l. C. 5. n. 4.

95) Kaiser Ludwigs von Bayern Landfriede, aufgerichtet zu Nürnberg a. 1323. § 2. Wie gepieten und wollen auch das die Fürsten, Grafen, freyen, dinstmann und Sterten die Straß befriden und allermaniglich auf Wasser und auf land schirmen, als vere sie mügen an alle Gevaerde yeder Fürst Graf frey dinstmann und praeftet in seinem Gepiet und Gericht. & R. I. Aug. de a. 1543. §. 20. Sezen, ordnen, und wollen wir, dass ein jede Obrigkeit im heil Reich teutscher Nation in ihren Fürstenthumen, Landen und Gebieten, bey den Ihren Fürschung thun soll, daß die Straßen frey und rein gehalten, darauf auch niemands gefangen, geschlagen, be-raubet,

tionem viarum adstringitur, si pro securitatis praestatione a viatoribus tributum aliquod (*Geleitsgeld*) exigatur. Et hoc certe casu princeps refarcire obligatur omne damnum, quod in via patiuntur commanates, siue conductores ipsis dati sint, siue minus. Priori casu res per leges imperii cvidens est, 96) secundum quas etiam, teste ANDREA GAILIO 97) in Camera Imperiali conclusum atque iudicatum fuit in causa quadam contra Episcopum Herbipolensem, qui mercatori, ad nundinas solemnes Francofordienses, data & accepta fide & securitate publica, auspicis huius principis proficisciendi, at in itinere, praesentibus conductoribus,

*raubet, hinweggeschleift, seine Güter aufgehaben, hinweggeführt &c.* porro R. I. Ratisbon. de 1577. §. 72. Und dieweil Uns -- fürbrach, dass hin und wieder im Reich deutlicher Nation vielerhand Plakereyen, verdaechtige Reutereyen, Raubereyen, und Mord be schwerlich ereignen und zutragen -- So wollen Wir und gebieten hiemit ernstlich, dass U. u. d. H. Rs. Churfürsten, Fürsten und Staend, ein jeder in seinen Gebieten und Oberkeiten, auf solche Plakereyen, verdaechtige Reutereyen und Raubereyen ein fleissig ernstlich Aufsehen haben --- sollen.

- 96) Clara in primis sunt verba R. I. August. de 1559. §. 34. Sezen, ordnen und wollen, *wosfern von Churfürsten, Fürsten, Staenden oder einiger Oberkeit*, die sey, wer sie wolle, *jemand Geleyd geben, und derselbig darüber auf denselbigen Churfürsten, Fürsten, Staende, oder Oberkeit Geleydstraffen thaetlich angegriffen und beschädige, daß der Stand, so solch Geleyd gegeben, nach Gestalt solches Geleyds, dem beschädigten seines Schadens Erstattung zu ihm schulde* seys soll &c. quae verba reperita vides in der Executions. Ordnung de 1673. c. 4. §. 3. Adde Specul. Saxon. L. II. art. 27. verabis: Weme he aver Geleyde gift, sycen Schaden thal he bewaren bynnen sym Geleyde.

- 97) in Obscr. L. II. obs. 64.

ctoribus, vim passo & exspoliato, ad restituendum omne damnum condemnatus fuit. Quid vero si conductores dati non sint? Evidem tunc amplius quaerendum esse reor, vtrum princeps territorii in culpa fuerit, an minus? In culpa autem esse dicitur, qui viarum tutelam plane negligit, & latronum insidiis violentiisque exponit viatores, neque milites stationarios, tuendae publicae securitatis gratia, habendo, 98) neque depurgando prouinciam a malis hominibus. Si in tali culpa est, restituit, quod passus est viator, damnum: extra culpam vero positum ad resarcendum minime teneri principem, existimo. 99)

## XXXI.

Hae sunt *obligationes* principis; sequuntur illae *priuatorum*, qui vel subditi sunt, vel extranei. Cives pariter ut exteri intuitu viarum adstringuntur ad exactam solutionem vestigialium, pedagiorum &c. Princeps sumtibus immensis viam sternit, munit, reficit, tuetur: priuati in compensationem tot emolumentorum, quae ex viis bene stratis in ipsos evidentius redundant, optimo iure ad soluendam quamdam pecuniae summam adiliguntur. Iustitiam tributi huius, quando id pro mercibus venalibus, aut vehiculis & iumentis, viam deteriorem necessario redditibus, accipitur, ne-

98) R. I. Aug. de 1555. §. 86. Nachdem ein jeder ---- Stand sein ----  
land und Gebiet, auch *Straffen rein*, und darzu *nachdürftige Straf-  
fende Rotten zu erhalten* ---- schuldig &c.

99) GAIL. c. l.

que modum egreditur, 100) nemo forsitan negarit. Num vero eodem iure a viatore pedite pro solo coimeatu possit exigi, quaestio est, cuius decisionem hunc ad locum supra (XXVII,) ablegauimus. Iure Romano id in vsu fuisse, pridem aliqui ICtorum contenderunt, quos inter eminent STRYKIVS, 101) sententiae suae fundamentum quaerens in l. 21. ff. de donat. inter V. & U. at quum res, tum ipsa verba docent, hanc legem non de pedagio aut viatico, sed de vestigiali proprie sic dicto loqui. Evidem contrariam tueor sententiam ex l. 24. pr. ff. de damno infecto, vbi viarum publicarum vsus communis esse dicitur. Et iure Germanico res clara est, nisi aliud prouinciali lege sit statutum; quod praesertim obseruare licet in Iudeis, qui propemodum vbique locorum pro solo transitu summam quamdam pecuniae soluere tenentur. 102)

## XXXII.

Praeterea subiecti etiam praestare *operas* ad ex-  
G struendas

100) Egregia hac de re sunt verba FRITSCHII, c. l. Cap. 9. n. 20. qui allegata Capitulatione Leopoldina, quae modum vestigialibus praescribit, recensirisque longa serie dannis, quae ex nimis vestigialium oneribus nascuntur, hunc denique in modum sese explicat: *Nondum cessant Germanorum querelae de buitis malis, (immunda felicet & acerba vestigialium exactione,) nimium grauante gangrena. Vrinam vero principes sibi tandem persuasum haberent, eiusmodi vestigialium commoda, non tam commoda, quam onera esse, arque plus detrimenti, quam lucri, fisco afferre &c.*

101) Vf. mod. tit. de publice. & vestig. §. 6. conf. etiam ibidem alleg. Doctores.

102) STRYK. l. modo cit. FRITSCH. d. l. §. 9.

struendas aut reparandas vias obligantur. Fundamentum rei petimus vel generatim ex obligatione subditorum praestandi operas determinatas aut indeterminatas, vel speciatim etiam ex capite, quod vulgo dicimus, necessitatis vel salutis publicae, viarum refectionem suadentis, & quocirca ciues ad tributa pecuniaria, rustici vero ad operas manuarias, aut iumentis praestandas, obligantur.

### XXXIII.

Et haec fere sunt, quae de iuribus & obligacionibus circa vias iam exstructas existentibus, differere necessum fuit. Multa sciens atque lubens praetermissi, etiamsi locus differendi non incommodus hic illic se obtulerit, propterea quod alios iam ante me sat circumspete atque nauiter diuersas quaestiones pertractasse videram. Alia ad aliud reseruo tempus, si quidem DEVS adnuat, & praesens hocce specimen non prorsus displicerit, praesertim quum haec pauca etiam sufficere ad ea rectius intelligenda possint, quae iam parte altera de nouis viis exstruendis explananda habeo.

### PARS POSTERIOR.

#### IVRA CIRCA VIAS NOVAS EXSTRUVENDAS.

### XXXIV.

Age nunc ad vias nouas exstruendas conuertamus, &, quid circa illas iustum seu iniustum sit, dispiciamus.

Ad

Ad gentes liberas quod attinet, illae quidem ea in re legem non agnoscunt aliam, nisi ius, quod appellatur gentium, vi cuius populus intra ciuitatis suae fines ordinat & statuit, quaecunque vult. Vias ergo publicas gens exstruit, demolitur, claudit, patefacit, ut fere sibi conducibile videtur, & quum genuina huius iuris principia supra (XIV. XV. XVI. in pr. XVII.) fusius exposuerimus, non est, quod hic, dicta repetendo, plura disputemus.

## XXXV.

Videamus potius, quid ius posituum, quod legem dicit in Germania, hoc de capite constitutat, ista quidem ratione, ut primo loco iura Germaniae generalia, deinde specialiora Circuli Sueici exhibeamus.

## A.) IVRA CIRCA VIAS EXSTRVENDAS IN IMPERIO ROMANO GERMANICO.

Romanæ quidem leges, quas fontem iuris nostri non iniuria vocaueris, vel nihil, vel certe paucula, de iure nouas vias exstruendi ordinant. Interea hoc ceu compertum, atque extra dubitationis aleam omnino positum existimo, quod, sicut in quacunque ciuitate ius illud ei competit, penes quem  $\tau\delta\ \kappa\gamma\mu\sigma$  est, ita apud Romanos tempore reipublicae liberae ius insituendi vias penes S. P. Q. R. &, quum Imperatorum legibus parerent, horum sub imperio fuerit comprehensum. 103) Qua de re & solis Imperatoribus

103) l. 2, ff. de fluminibus. G 2. ius

ius erat vestigalia constituendi, reformandi, augendi, diminuendi. 104) Nec assertioni huic obstat, quod, ut in antecedentibus (VIII.) monuimus, non raro etiam priuati vias publicas, easque magnificentissimas, exstruxerint. Fiebat enim illud sumtibus priuatis quidem, sed sub auspiciis Senatus aut Imperatorum, quorum summae inspectioni ac imperio viae istae, quamvis pecunia priuata munitae, semper suberant.

Firma igitur & stabilita manet thesis nostra: Apud Romanos ius omne circa vias publicas, quantumcunque illud fuerit, penes Rempublicam, &, euerfa illa, penes Imperatores fuit.

### XXXVI.

Exemplum dominorum Romae veteris fidelissime secuti sunt Francorum Reges, & Imperatores Romano-Germanici. Vix enim est, qui nesciat, antiquissimis illis temporibus, quibus Germani forma, ceu appellant, despotica, gubernabantur, & optimates consiliariorum magis, quam coimperantium munere defungebantur, ius omne, vt quidem vocant, maiestatum penes Imperatorem solum fuisse. Sub hoc iure viae quoque publicae fuerunt comprehensae, vt ex ipsa iam denominatione der Koenigs - Straßen 105) Kaiser-

104) I. 10. ff. de publicanis. vid. etiam CASP. KLOCKII tract. de contributionibus, edit. Francof. 1656. fol. Cap. III. n. 113. 114.

105) SPECVL. SAXON. Lib. II. art. 59. des Koeniges Straße schal syn also breit &c.

*Kaiserlichen Straßen* 106) colligere possemus, nisi idem illud & ex legibus a regibus Francorum circa vias iatis optime constaret. 107) Accedit, quod & ipse Imperator Fridericus I. iura regalia singulatim enumeraens, 108) inter illa secundo statim loco vias publicas referat; ex quibus omnibus haud sine iusta ratione iam concludimus, regale ius viarum, & in primis etiam, quod ad illas exstruendas attinet, ex iure publico antiquissimo soli Imperatori competuisse.

Alia autem, eademque maximi momenti quaestio est: *Vtrum ius viarum publicarum hodienum sit in Caesaris, vt vocant, reseruatis, an vero illud nostro aeo statibus imperii, vi superioritatis territorialis ipsis competentis, adiudicari debeat?* Hanc seu affirmaueris, seu negaueris, nec argumenta legum, nec auctoritas clarissimorum ICTorum tibi vsquam deerunt. Prius vero, quam ad quaestionem tanti ponderis, responde re liceat, quid reseruata iura Caesaris, quid superioritas sic dicta territorialis sint, definiendum esse autumo.

XXXVII.

106) BESOLDI thesaur. pract. voc. Landstraße. adde IAC. BERNH. MVLZIVM. qui in representatione Maieflatis imperat. (Octo-  
tingae: 1690, fol.) Cap. XIII. §. 5. inquit: *Viae regiae, Kaiserliche Heer- oder Land-Straßen ita appellantur, propterea quod sint in dominio Imperatoris & imperii.*

107) BALVZIVS in Capitul. Regum Franc. T. I. inpr. Capit. Dago-  
berti R. Tit. 9. Pipini brevis, c. 20. Caroli M. c. 353. Ludouici  
Pii, c. 20. 80. & GEORGISCH in Corp. Iur. Germ. p. 500.  
1531. & alii.

108) II. Feud. 56.

## XXXVII.

Fons omnis iuris atque maiestatis in imperio est Caesar. At ex illo fonte in antistites ecclesiarum, prouinciarum rectores atque magistratus, qui Episcopi, Abbates, Dukes, Marchiones, Comitesque audiunt, iura augustissima iurisdictionis, monetarum, vectigalium, mox donationis, mox feodi titulo, profluxerunt benignissime, & tanta quidem cum profusione, ut vel exhaustum illum fontem dixeris. Increuit igitur in dies principum potestas, & diminuta per id Caesaris auctoritas. Adde iam, Germaniae imperium interdum viris Imbecillioribus mandatum, interdum etiam, quod plus afferebat detrimenti, regi regem fuisse oppositum, & animum aduertes quam facillime, qua ratione principes & ordines imperii, iure mox propitio, mox & aduerso, 109) omnibus fere maiestatis iuribus potiti fuerint. Hinc quidem splendor Caesaris, aut imperatoris Romani, priscus ille in Germania haud param obscuratus; quamquam ne exstingui posset, quaedam reseruata sunt; seu, ut verbis utar clarioribus, sunt adhuc iura quaedam ma-

109) testimonium habes in Reformatione Sigismundi Imp. vbi Fridericus de Landskron, nomine Imperatoris, de nimis & iniusta principum potentia hunc in modum conqueritur: *Die hochsten haeppter sind nie zu ermänen, man sy haben das Utrecht in mit Gewalt. Unser herr der Kayfer oder König mögen ihren Stat nit mehr behalten, der hochwirtig Stat ist abgezogen dem Reych von den Kurfürsten, und das unser Reych krank, blood und schwach ist.* GOLDAST, in Constit. Imp. T. IV. Cl. I. p. 17<sup>o</sup>.

*iestatica, quorum exercitium in Germania Imperatori priuatiue competit.* Exemplorum loco nomino ius inuestiendi feudis imperii, concedendi priuilegia in vniuerso imperio valitura, dandi immediatis minorenibus veniam aetatis, & denique creandi nobiles, comites & principes imperii. Caeu vero autumes, his iuribus absolui potestatem Imperatoris. Dantur enim etiamnunc alia, ad quorum exercitium concurrunt Electores caeterique status. Refero huc ius vestigalium, collectas vniuersales in imperio indicendi, leges ferendi, iurisdictionem summam exercendi, caet.

Sed exiguus certe tibi horum iurium numerus videbitur, si consideres ea, quibus status quilibet in suo gaudet territorio vi *superioritatis*, vt vocatur, *territorialis*, quam appellamus *potestatem statuum, supremae Caesaris imperiique autoritati subordinatam, exercendi in suis ditionibus omnia iura regiminis, quae nec lege, nec conuentione exerceri prohibentur.* Origo rei ab antiquissimis temporibus repetenda, at nos in praesenti limitibus nimis angustis distringimur, quam vt in disquisitionem tanti ambitus inire possemus. Sufficiat hinc I. F. PFEFFINGERVM 110 commendare, qui summa cum diligentia, vt quidem solet, litteras inuestituree, priuilegia ac donationes, diplomata item alia huc facientia, ordine chronologico concessit, ex quibus cuilibet facilissimum perspectu erit, quam exiguis

110) ad VITRIARIL Ius Publ. Lib. III. Tit. XV. n. 1. not. a. & b.  
ed. Goth. p. 1054 -- 1116.

guis res cooperit initisi, & in quantum molem illa sensim sensimque excreuerit. At non solum longa consuetudine, aut titulis singularibus haec nititur potestas, sed complexus iurium regiminis expressis legum recentiorum verbis statibus imperii adiudicatus est. Allegare loco omnium liceat legem sacratissimam, palladium libertatis nostrae, Instrumentum, vti vocant, pacis Osnabrugensis, vbi art. VIII. §. 1. haec verba legimus: *Omnes & singuli Electores, principes & status imperii Romani in antiquis suis iuribus, praerogatiis, libertate, priuilegiis, libero iuris territorialis, tam in ecclesiasticis, quam politicis, exercitio -- vi- gore huius transactionis ita stabiliti firmatique sunt, ut a nullo unquam sub quoconque praetextu de facto turbari possint, vel debeant.*

### XXXVIII.

Quantumcunque autem ius hoc territoriale fuerit, subordinatum tamen est, vt iamiam diximus, universae reipublicae Germanicae, nec potestas absoluta in statum imperii, vi notionis, cadere potest. <sup>111)</sup>

Ineptum

<sup>111)</sup> Digna, quae hue repetantur, sunt verba Ill. L. B. a SECKEN-DORFF, qui part. II. des deutschen Fürsten-Staats Cap. 2. p. m. §9. enunciat: dass eine deutsche Fürstliche Hoheit nicht gar absolut sey, sondern auf Kaiserliche Majest. und das heil. Reich ihren unterthäenigen Respect habe, & p. 60. Damit aber -- nicht die Meinung geschoepft werde, als ob eine deutsche Landesherrschaft so gar frey und ohne einige Ziel und Maaffe ihre Freyheit zu gebrauchen haerte, so haben wir uns zu erinnern, dass wir von solchen Landen reden, die im Roem. Reich deutcher Nation liegen,

Ineptum hinc iure merito vocaueris disterium, centies centiesque recantatum, quod *status tantum possit in territorio, quantum Imperator in imperio.* Liceat nobis quaedam proferre axiomata, ex quibus, quatenus vel verum, vel falsum sit, modo laudatum brocardum, & quatenus illud claudicet, statim, ut opinor, elucefcet. Scilicet I.) ut Caesar summus princeps in vniuerso imperio, ita quilibet status in suo territorio, tamquam peculiari republica, supremum dominum constituit, sed legibus imperii subiectum. II.) Ut Caeſari suprema iurisdictio in imperio, ita principi in territorio competit. III.) Ut Caesar iura regiminis (reservata vel communia) per totum imperium, ita status per ditionem suam libere exercet; quatenus nec consuetudines, nec pacta, nec priuilegia obstant. IV.)

H

Cer-

gen, auch von solchen Herren und Staenden, die von Kais. Maj., als dem höchsten Oberhaupt im Reich, mit ihren landen und Herrschaften, oder doch mit derer selben Regalien, belichen werden. Daraus folget nun, das sie auch unter dem Kayser und dem Reich seyen, und mit Empfahrung ihrer Regalien das Reich, (wie im R. A. de 1500. tit. der deutsche Orden &c. geredet wird) erkennen: also das dannenhero ein deutlicher Fürst oder Landesherr nicht allein in seinem Gewissen gegen Gott den Allmechtigen seine Regierung und Handlung zu verantworten hat, sondern er ist auch schuldig, und mehrheitheils mit Eides-Pflichten verbunden, einem ordentlich erwählten regierenden Röcm. Kaiser und dem Reich, gebührlichen Respect und Gehorsam zu leisten, und demjenigen, was Kais. Maj. und die Ch. F. und Staende des Reichs, altem herkommen nach, geordnet, und geschlossen haben, und noch schliefen werden, für sich, und in seiner Landes-Regierung in Acht zu nehmen; es waere denn, das er eines andern durch gewisse Privilegien, Freyheiten und Bedingungen besugt waere.

Certo modo maior statum in territorio potestas, quam Caesaris in imperio; permulti enim principes, in consultis prouinciae ordinibus, leges condunt, bella gerunt, collectas indicunt. V.) Imperator habet maiestatem, princeps superioritatem; hinc VI.) Imperator non delinquit, poenalem quippe legem non agnoscens, status autem iurisdictioni criminali Caesaris imperiique subest, ut recentissimæ exempla Comitum de Leiningen-Guntersblum & Grehweiler condocere possunt.

## XXXIX.

Praemissis his ad quaestionis supra positae responsem accedamus.

Vias publicas statibus imperii commissas esse volunt per R. I. Aug. de 1559. eiusque §§. 33. & 34. quam autem constitutionem et si legas relegasque, ex illa tamen non collegeris, regale ius viarum, antehac Imperatori competens, nunc in status esse translatum. Hoc saltim dixeris, in hac lege, vt in vetustioribus, quas in antecedentibus hic illic allegauimus, vel disertis verbis dici, vel tacite innui, contineri vias sub complexu iurium regiminis, atque ex hoc fundamento status ad suscipienda onera munitionis & refectionis, vt & ad tuitionem viarum publicarum, obligari. 112) Interea si & sillerent leges, res ipsa ta-

men  
112) saep. cit. §. 34. R. I. Aug. de 1559. ---- und derfelbig auf der selbigen ---- Oberkeit Geleyd ---- Straffen &c. adde alleg. Constit. Frider. de 1236. & R. I. de 1548. §. 20. & 1577. §. 72. cæc.

nem loqueretur. Complexum scilicet quorumvis iuriū regiminis vocauimus superioritatem territorialem, & hoc sensu quoque vox accipitur in allegato articulo I. P. O. Omne igitur ius, quod vi naturae suae a singulis principibus in ipsorum ditionibus exerceri potest, nec expressis verbis Caesari imperioque reservatum, aut saltim quoad exercitium restrictum est, sub iure territoriali comprehenditur. Hinc & viarum publicarum ius superioritatis territorialis partem constitutere contendo, quamvis ex sequentibus mox aliquanto clarius patescat, illius exercitium variis limitibus restringi.

## XL.

Quemadmodum enim superioritas ista territorialis potestas non nisi subordinata est, ita & viarum, ius sub illa comprehensum, ut quidem semper pars naturam sequitur totius, non solum quod ad nouas vias exstruendas spectat, limitatum est, sed & vere quod ad iam exstructas attinet, supremae Caesaris & imperii inspectioni subest. Veritatem theseos nemo, qui huc usque filum sequi dissertationis nostrae est dignatus, temere in dubium vocauerit. Nam quotquot supra recensuimus imperii constitutiones, tot & argumenta pro suprema hac inspectione exhibuimus. Iubet quippe Imperator principes & status aperire vias, tutas praefestare, damna ipsorum culpa viatoribus illata refarcire, vias munire, reficere, & imperuias denouo aptas

H 2

aptas reddere ad transitum cuiusque generis. 113)  
Ex quibus summae illud ius inspectionis prono aliueo  
deducitur.

XLI.

Si circa vias iamiam existentes est *restricta statuum* potestas: magis illud afferuerim, quando de *nouis exstruendis* sermo est. Haec autem thesis, quippe circa quam praecipua pars dissertatiunculae veratur, digna est, quae aliquanto diligentius examinetur.

Ad

113) Summam fere omnium constitutionum vetustiorum continet *Conclusionis Imperii de a. 1671.* his verbis: Und weilen *zeus* bekanntlich, daß die Herrschaften die Manh und Zoelle gemeinlich wegen Unterhaltung der Briken und Straffen zu geniessen haben; Als haette auch billig ein jeder von selbsten solches zu beobachten. Weilen aber im Gegentheil sich befindet, daß an vielen Orten die Briken schlechtlichen verwahrt, die -- ordentlichen Landstraffen nicht geraeumet --- nicht weniger die Daemne, Stege, Wege --- dergestalt ruinire, --- seyn, daß selbige ohne Leibes- und Lebens-Gefahr, zu merklichem Nachtheil und Hindernung der Reisenden, und Commercirenden --- nicht gebraucht werden koennen: So haben Wir --- gesetz und verordnet --- daß jede Obrigkeit in ihren Landen und Gebieten derentwegen ernste Fuerchung thun, und zu Inspection der Wege, Straffen und Gestade, gewisse Beamte --- verordnen; --- und also ein jeder an allem schuldigen Eifer und Fleiss nichts erwinden lassen solle, auf das mehrgedachte verderbte Wege --- hinwieder gebeissert, reparirt, und ausgeraeumt, auch aller Orten in befaendigem guten Wesen erhalten --- maissen dann auch wegen Reinhalting und Sicherheit der Straffen. Wir --- dasjenige, so in den Rs Abschieden zu Augsburg, de annis 1548, §. 20. Ferner zu noch mehrern &c. und 1559. §. 29. Ferners haben Wir Uns auch &c. und denen nachfolgenden §§. wohl und heilsamlich --- verordnet ist, absonderlich anhören wiederholen than, bey welchen Dispositionen Wir es auch nochmals allerdings bewenden lassen, und folchemnach ernstlich wol-

Ad ipsam rei naturam attentes obseruamus, edere viam publicam cuiusque territorii in totius reipublicae Germanicae emolumentum, & in compensationem onerum & impensarum, quas viarum exigit tutela, statibus imperii concessa esse vestigalia, quod quidem beneficium vel nimium imminueretur, vel tolleretur penitus, si status quilibet pro lubitu in ditione sua viam nouam posset instituere. Aut enim in hac noua via noua quoque exiguntur telonia, quod peccat contra clara verba sanctissimarum legum; aut sub nomine Guidagii, Weggelds, vel quoconque alio, ad certam pecuniae suminam, quam de mercibus, tum de personis soluendam, adiunguntur viatores, quod tamquam in illarum legum fraudem actum, aequo ac novorum vestigialium institutio prohibetur legibus imperii & Capitulatione Caesarea; 114) aut denique in no-

H 3

ua

ten und gebieten, dass darauf --- alles Ernsts zu halten. vid. die Senkenbergische Samml. der Rs A. IV. theil, sub rubro: Rs Schlüsse des jetzigen Rstages, p. 75. 76.

- 114) R. I. Ratisb. de a. 1576. §. 118. 119. 120. Weiters seynd Wir auch glaubhaft berichtet worden, das etliche Staende ohne Unserer Kaiserlichen Consens, auch ohne Bewilligung U. u. d. h. Rs Churfürsten, sondern für sich selbst, und mit eigener That, --- theils neue zelle anzustellen, theils ihre alte zu ersteigern angefangen, und daselbig auch zum Theil unterm Namen --- Brillengelds oder Weggelds --- verantwortet werden wolle. §. 119. Dadurch dann nicht allein die gemeine Gewerb, Commercien --- zu noch hoherm Aufschlag --- meuklich getrieben --- sondern will auch das alles zu Unserer Kaiserlichen sonderen Hoheit und Reservaten --- Veracht- und Schmaelerung --- de facto --- fortgefeza

ua huiuscemodi via, nec telonii, nec alio quodam titulo quidquam soluendum. Primo & secundo casu non est, quod multis dicam, status imperii nouam viam exstruentes, & vestigalia in illa instituentes, incarrere non solum in poenam legibus, praesertim Capitulationibus Caesareis, statutam, sed & agere in detrimentum & insigne damnum statuum in primis viciorum; qua de re & cauent leges nostrae, vt ne Imperator noua concedat, telonia, nisi auditis prius vicinis.

sezt werden, wie Uns dann etliche unterschiedliche Faelle auf dem Rhein --- gleichfalls zu Land -- angezeigt worden sind; §. 120. Derohalben --- haben Wir ganz nochtig zu seyn, gnaediglich ermeissen, derentwegen mit Unserm Kaiserlichen Schreiben --- und in Kraft dieses Rs-Abschiedes --- alle und jede Krais-Obersten, Zu - und Nachgeordneten, darzu auch die andern Krais-Staende, gnaedigt zu ersuchen, auch ihnen sammt un sonders zu gebieren, und zu befehlen --- auf naechst kommenden Krais-tagen fleissig --- Erkundigung zu thun, ob, wo, und welchermaßen ungebuerliche --- der alten Zocelle Ersteigerung --- unter was Scheindjelbig auch bedeckt werden wöste, fürgenommen seyn sollten &c. (Sammil. der R. A. P. III. p. 372.) Capit. Franc. I. art. 3. §. 11. & 12. Wann auch einige, sie seyen gleich unmittelbar --- sich unterstanden haben, und noch unterstehen sollten, unter ihren Thoren, oder sonstwo anderer Orten, in und vor denen Staedten, die ein-aus- und darc' gehende Waaren --- und anders, mit gewissem Auffschlag, unter dem Name Accis -- Brüken - und Weg-Istaetter - Gelder --- zu beschweren, solches alles aber in dem Effect --- für nichts anders, als einen neuen Zoll, ja oftmals weit hoher zu halten, und denen benachbarten --- Staenden, deren Landen, Leuten, und Unterthanen --- zu nicht geringem Schaden gereichig, auch der Freyheit der Commerciorum --- Schnurstraks zu wider; So f. u. w. Wir hierüber gewisse Information einzischen lassen --- §. 12. Und dann dieselbe --- aller Orten und ohne Verzug abstellen und aufheben, auch gegen die Uebertreter ge-bührenden Ernsts Einsehen thun.

enit. 115) Tertio autem casu, quis, quaeſo, viatōrum non maluerit inflectere nouam viam, in qua plane nihil est ſoluendum? Sentiunt ſane ex hoc ingens daramum ſtatus vedi galibus gaudentes. Ciues autem vnius eiusdemque reipublicae, pro quibus ordines imperii habendi, conciuibus inferre damnum, quale quale fit, quum ex aequitatis, quae vocatur, naturalis principiis, tum expreſſa legum conſtitutione prohibentur: Quoties enim, (ſunt verba legum Romanarum 116)) aliiquid in publico fieri permittitur, ita oportet permitti, ut ſine iniuria cuiusquam fiat, & ita ſollet princeps, quotiens aliiquid noui operis instituendum petitur, permettere. Damnum autem pati videtur, qui commodum amittit, quod ex publico conſequetur, quale quale fit. 117)

## XLII.

Neque vero argumentis ex ipſius rei natura de-  
promtis, neque legum Romanarum aut imperii analo-  
ga diſpoſitione, ſumus contenti; ſed ipſis verbiſ con-  
ſtitutionum Imperatorum & Regum Romanorum in-  
haerentes, nouarum viarum extiſtione illicitam di-  
cimus. Legem hac de re vetuſtissimam exhibet edi-  
ctum

<sup>115)</sup> c. 1. §. 3. auch die intereffirte Benachharte --- darüber gehoeret, deren dawider habende Bedenken --- erwogen, und --- beobachtet worden.

<sup>116)</sup> l. 2. §. 10. & 11. ff. ne quid in loco publ.

<sup>117)</sup> Conf. Job. Ulr. Frb. von Cramers Wezl. N. St. T. II. p. 1, ſqq. & Opusc. T. II. op. 9. 10.

Etum Friderici II. Imp. datum apud Vtinum in foro  
Iulii a. 1232. cuius tenor est: *Stratae antiqueae non  
declinentur, nisi confinantium voluntate.* 118) Ration-  
em huius constitutionis cum I. P. LVDEWIGIO 119)  
hanc damus: Saepius euenerat, vt princeps, vel iucri,  
vel alia caussa, publicas vias, & praestanda vestigalia  
mutaret. Cum vero hoc fieret non modo peregrinani-  
tum incommodo, sed & in detrimentum principum  
in confinio, quibus subducta vestigalia, & impedita  
commercia, hac lege conuersio viarum interdicta.  
Quid autem iamiam, quaesumus, per instructionem  
nouae viae aliud intenditur, quam vt viatores vete-  
rem declinent, statibus vicinis subducantur vestigalia,  
& commercia impedianter? Obserua nunc, commer-  
ciorum tantum in imperio fauorem esse, vt libertas  
eorumdem non solum compluribus imperii legibus  
stabiliatur, 120) sed & Imperator sub auspiciis regni  
sacramento promittere obligetur ad quemcunque lapi-  
dem

118) apud I. P. LVDEWIGIVM in reliquiis MSt. P. VII. p. 516. &  
in der Senkenbergischen Samml. der R. A. T. I. p. 18.

119) c. l.

120) Ord. pol. de a. 1570. & 1576. in primis vero I. P. O. art. IX.  
§. 1. verbis: *Et quia publice interest, vt -- commercia -- flo-  
reant, ideo conuentum est, vt que eorum praecidicio & contra  
utilitatem publicam, hinc inde per Imperium -- inuenta sunt ve-  
stigalia -- omniaque alia inusitata opera & impedimenta, quibus com-  
merciorum -- usus deterior redditus est, -- penitus tollantur;* cact.  
Quae dispositio confirmatur per supra citat. Conclusum Imp. de  
1571. Erstlich: Gleichwie in obgedachtem Instrumento Pacis,  
art. 9. §. & quia publice interest &c. heilsamlich verschen und  
sta.

dem mouendum, quo plenaria sit in Germania commerciorum libertas, & status singuli acquabiliiter beneficiis naturae in suo territorio, ac iuribus optimo titulo quaesitis, procul aliqua turbatione perfruantur. 121)

Addere postremo libet Sigismundum, sed hoc tantum sine, ut de mente huius etiam Imperatoris constet, in Hungaria praecipientis: 122) *Vias autem nouas in locis, quibus viae ab olim numquam haberent consueuerunt, nemo pro communi & uniuersali transiit, in detrimentum ac damnum vicinorum tributorum, in faciebus suarum terrarum adinuenire*

statuaret worden, das die hin und wieder im Reich erstgedachten Commercien --- zu Nachtheil --- neuerlich eigenes Gefallens eingeführte und erhöhte Zölle --- wie auch alle andere ungewöhnliche Auflagen, Beschwerden und Hindernisse, wie dir auch Namen haben mögen, durch welche die --- Commercien -- deteriorirt worden, gänzlich aufzuhören, zu cassiren --- auch folgends Wir, zu desto nachdrücklicherer Vollzieh- und Handhabung solcher Disposition --- Unsere Kaiserliche Mandata und offene Patente haben ausgethan lassen: Als wollen Wir uns auch um so viel mehrers gnädigst verfehen, es werde ein jeder, welchen es betrifft, döcher wiederholten allgemeinen Reichs-Sazung schuldige Partition leisten, und gegen ihre mit denselben in ob bemeldtem Friedens-Schluß statuirten, und anderen von Uns angesetzten Strafen zu verfahren nicht Ursach geben wollen.

<sup>121)</sup> *Cajet. Franc. I. Art. VIII. §. 6. & 7.* Auch weder am Rhein, noch sonstigen, --- was zu Sperr- und Verhinderung der Commercien, vornehmlich aber den --- Staenden des Reichs zu Schaden und Schmaelerung ihrer hohen Regalien und anderer Gerechtigkeiten und Herkommens, gereichig, verstatthen oder zulassen, u. s. w.

<sup>122)</sup> in editio de 1435. art. 37. apud MELCH. DE GOLDAST. T. I. p. 449. sqq.

nire praesummat. Clarius his verbis nihil vsquam statutum inuenimus; prohibetur quippe non solum nouarum institutio viarum, sed & legis datur ratio; scilicet quod detrimentum ingens principes confines inde percepturi forent. Sed hoc obiter. Praeterea obieceris fortasse, has antiquas constitutiones hodieris temporibus instar legis allegari non posse, sed testimoniorum tantum vim habere, nisi vel continua illarum obseruantia, vel confirmatio per recentiores leges doceatur. Mea autem est sententia, legem, ab Imperatore & imperio in Germania rite latam, tamdiu valere, quamdiu neque obseruantia contraria, neque expressis recentioris cuiusdam constitutionis verbis illi derogatum, neque denique lex posterior, priori tacite contradicens, lata fuerit. Iam vero voluas & reuoluas collectiones legum nostrarum, ullam tam non inueneris, quae vel uno verbo vim & potestatem constitutionum modo laudatarum tollat, aut earum non - usum innuat; sed concordant potius elegantissime recentiores leges cum vetustioribus, ita quippe comparatae, vt ex illis colligere debeamus, tutelam, utilitatem & iurisdictionem in viis publicis competere statibus imperii, sed dominium illarum, & supremam inspectionem Caesari imperioque esse reservatam. Qui autem dominium viarum in suo territorio non habet, ille nec nouam instituere potest viam, sed saltim iam instructa pro legum dispositione vti. 123)

XLIII.  
123) MVLZIVS, c. l. Viae publicae sunt in dominio Caesaris & impec-  
tii.

## XLIII.

Confirmatur haec sententia, si ad modos, quibus regale ius viarum publicarum statibus acquiritur, paullo adcuratius attendamus. Interdum illud, ut & alia regalia, praescriptionis titulo in status transiit imperii, at frequentior est modus, vias publicas per inuestituram acquirendi. Exhibeamus igitur nonnullas inuestiturae litteras, & videamus, num in illis viae publicae dominio tenus, ut loquimur, & absolute, an vero tantum quod ad utilitatem & protectionem attinet, principibus & statibus concessae fuerint. Antiquissimas si consulas inuestiturae litteras, in illis viarum publicarum nulla sit mentio, vti exempla a PFEFFINGERO 124) exhibita demonstrant. Neque tacite sub vniuersi cuiusdam territorii concessione comprehensum fuit ius viarum, sed aut expressis verbis translatum, aut Caesari reseruatum. 125) Sigismundum Imp. primum reperio concessisse Friderico, Eleotori Saxoniae, omnem terram Electoratus Saxonici,

I 2

vna

rii, quamvis quoad protectionem, iurisdictionem, & utilitatem ad dominum territorii pertineant.

124) ad *Vitrarii Ius publ. T. III. Lib. III. tit. 15. p. 1054 -- 1082.*

125) Ita & CHRIST ERNST HANSELMANN in der *Hohenlohischen Landeshoheit vor dem Inzerregno*, T. I. p. 180. "Die Obsorge über die öffentlichen Land- und Heer-Straffen ist vor Zeiten nur allein denen Kaisern zugekommen, so, das, wenn bey Verleihung eines territorii das ius conductus cum reliquis viarum publicarum iuribus nicht ausdrücklich mit verliehen worden, solches in dubio dem Kaiser und Reich reservirt geblieben."

vna cum *viis publicis*, vestigalibus, caet. 126) Et idem Imperator, Adolphum, Iuliaci & Montium Ducem, de Ducatu Geldriae, & Comitatu Zutphaniensi inuestiens, concedit ei quoque expressis verbis *ius viarum publicarum*. 127) Et eodem modo Maximilianus I. Eberhardo Seniori, Comiti de Wurtemberg, ducalem dignitatem conferens, largitur illi simul facultatem vtendi fruendi suo territorio, tamquam ducatu imperii cum omnibus dignitatibus, iurisdictione, *viis item publicis*, conductu & vestigalibus. 128) Plura huiuscemodi diplomata afferre nolo, quum tenor vnius fere idem sit ac alterius, & ex iam allegatis constet, vetustissimis temporibus amplissimum viarum *ius Caesari* & imperio plane reseruatum, recentiori autem aevo, plerumque per inuestituram, statibus collatum esse. Quemadmodum autem feudi titulo dominium non nisi vtile transfertur in vasallum, ita & iura,

126) in litteris inuestiturae de 1420. (vel 1425.) Mit Straffen, dazu gehoerigen Grenzen, Gebieten --- Zoellen, Geleiten &c. apud PFEFFINGERVM, l. c. p. 1084. ibique alleg. LVNIG. P. spec. des Reichs Archivs, Cont. II. 4ten Abth. 2ten Absatz n. III.

127) Und haben dem vorgenannten Herzog Adolphen das ehegenannte Herzogthumb und Fürstenthumb zu Gelre --- mit allen ihren Ehren, Würden, Herrschaften, Herrlichkeiten --- Zoellen, Geleiten, Straffen --- gnaediglich gegeben, geliehen und gercicht. LVNIG, c. l. XVI. Absatz. n. III. p. 396. & 397.

128) sub dato Worms, d. 21. Jul. 1495. So haben Wir --- seine Landschaft zu Schwaben gelegen ---- dem vorgenannten ---- Herzog Eberhardt von Würtembergk, dem Eltern, --- zu einem Herzogthumb verordnet --- mit allen Ehren --- Straffen, Geleit, Zoellen &c. LVNIG. c. l. VII. Absatz, n. XXIII. p. 710. & 711.

iura, in investiturae litteris enumerata, non absolute,  
sed certis cum restrictionibus, concessa intelligi de-  
bent, quod in iuribus vestigialium & viarum maxime  
obseruare licet, quae vti natura sua coniuncta, ita &  
iisdem fere limitibus circumscripta sunt.

Et, si circa vias iam exstructas ordines imperii  
dominio non absoluto, sed vtili tantummodo, gau-  
dent; si summum ius viarum in Germania Imperatori  
& Imperio est reseruatum: sequitur, principibus &  
statibus circa vias nondum existentes ius plane nullum  
competere, sed solius Imperatoris esse, statuere, vtrum,  
atque vbinam in Imperio Romano - Germanico viae  
nouae debeat exstrui, an minus?

XLIV.

Si argumenta huc vsque allata iam collegeris, hanc  
sine dubio nobiscum tuleris sententiam: Statum impe-  
rii, propria auctoritate & de facto, nouam viam insti-  
tuentem, peccare contra clara verba constitutionum impe-  
rii, & praesertim Capitulationis Caesareae, abuti iure  
superioritatis territorialis, & attentare contra sacratissi-  
ma Caesaris & imperii iura reseruata.

B.) IVRA CIRCA VIAS EXSTRVENDAS IN CIRCULO  
SVEVIAE.

XLV.

Quae huc vsque quum de viis existentibus, tum  
de exstruendis nouis exposuimus, clariora fient omnia,

I 3

quum

quum ad ea, quae in Sueviae Circulo de hoc momen-  
to constituta sunt, iam quidem rite attenderimus. Ni-  
mirum praeter multa alia salutis publicae obiecta, in  
Conuentibus illustris huius Circuli tractari solita, ut  
omnis cura politiae, ita specialius, quae ad rem mo-  
netariam, & vias militares spectant, vere a complu-  
ribus iam annis ei cordi fuit. Intellexit quippe &  
intelligit, rempublicam ex aequo gubernari melius  
non posse, quam si vna cum salute publica, quae sum-  
ma lex est, singulorum quoque salus & utilitas pro-  
moueatur, & cuilibet res illas, quae ad vitae huius  
pertinent necessitates, obtinendi, commoda occasio sup-  
peditetur. Hic autem finis sapientissimus absque com-  
merciis per se collabitur, nec vicissim commercia sine  
viis publicis, quoad fieri hoc potest, optime instru-  
tis, consistere possunt. 129)

### XLVI.

Saeculo iam XVI It non unus tantum atque alter  
in Suevia princeps, sive status, sed vniuersus Circu-  
lus, legibus imperii, quae viarum tuitionem & muni-

tionem

129) magna commoda, quae vias publicae bene munitae rei publicae  
& singulorum, in primis autem commerciis, adferunt, recen-  
set die Information, was wegen Verbesserung der Wege und Straf-  
fen in dem hochloebl. Schwabischen Krais hieb vor allschou vor heil-  
same Verordnungen gemacht worden, und wie dieselbe bey nunmehr  
wiederum erlangtem lieben Frieden zu ihrer einstmaligen Vollfrekung  
zu bringen, d. d. Ulm, den 2ten Junii, 1737. vbi §. 22. Und  
da endlich die Verbesserung der Straffen ein ganz außerordentli-  
ches, und solches Werk ist, welches jedermann zu statten kommt,  
sintemalen u. f. w.

tionem praecipiunt, curate exsequendis studuit; ac  
ne constitutiones optimae per singulorum incuriam va-  
nescerent, equites stationarii, qui tutas conseruarent  
vias, communibus Circuli impensis constituti sunt. 130)  
Enimuero securitatis praestatione, vt iam vidimus,  
viarum publicarum cura non absoluuntur, sed proui-  
dendum quoque est, vt bene muniantur, viatoribus  
que transitus vbius quam facilissimus reddatur; quod  
potissimum fit, si prouideatur, ne qua viae iam mu-  
nitae deterioriores siant, & corruptelam passae ocyus re-  
ficiantur. Hinc est, quod iam sub initium saeculi no-  
stri, annis nempe 1700. & 1706. constitutiones variae  
contra temones bifurcos, sive illam vehiculorum for-  
mam, quam *Gabelfuhrten* appellant, & qua stratis ma-  
ximum affertur detrimentum, in Circulo Sueviae vul-  
gatae sunt. 131.) Iunctae hisce postea (a. 1707. &  
1710.) sunt litterae patentes, quibus currus bifurci de-  
nuo,

130) vid. die Schwaebische Krais-Executions-Verfassung und  
Ordnung, den 22. Nov. 1563. zu Ulm aufgerichtet; P. III. Tit. 7.  
*Vom Straffen und seiner Ordnung.* inpr. §. 1. apud FRID. CAR.  
MOSERVM, in der Sammlung von Krais-Abschieden, P. I. p.  
173.

131) cit. *Informatio*, §. 1. & 2. Gleichwie man die Nuzbarkeit, die  
Wege und Straßen in dem hochloebl. Krais in einen bessern Stand  
zu setzen, jederzeit wohl erkannt; also ist man schon in ao. 1700.  
bedacht gewesen, das weite Gelais einzuführen, --- dahero dann  
in a. 1706. die Absicht ins besondere dahin genommen worden,  
das Fahren mit der *Gabel*, als wodurch die Gelais vertieft, auch  
die Wege in der Mitte dermaßen ausgetreten werden, dass das  
Wasser keinen Ablauf findet --- abzustellen, und die *Deichselwas-  
gen* durchgehends einzuführen.

nuo, & sub poena destructionis vehiculi, ac pignera-  
tionis equorum, proscribuntur, & aurigae vehiculo  
cum temone recto (*Deichselwagen*) vti iubentur; in  
quem finem etiam principes & status Circuli ad repa-  
randas, & simul pro situ & conditione soli amplifi-  
candas vias congregati, latiorem orbitam efficiendam es-  
se decreuerunt, quo non tantum equi ad vtrumque  
temonis latus iungi, sed & vehicula mutuo sibi ce-  
dere possint. 132.) At mox bellum, Sueuiam tum  
temporis deuastans, mox & negligentia quorundam  
statuum, qui commodo absque onere frui, id est, te-  
lonia exigere, & nihil huius prouentus in viarum re-  
parationem erogare geſſiebant, effectum atque exſecationem  
harum constitutionum impedituit; qua de re &  
viae publicae, si vnius & alterius principis territo-  
rium exceperis, aut penitus imperuiae fūnt factae,  
aut certe ab aurigis viatoribusque usurpari sine maxi-  
mo incommmodo, nedum periculo, non potuerunt. Se-  
cutum est exinde, quod & consequi debebat necella-  
rio, ſcilicet ut mercaturam facientes atque viatores

vias

132) §. 3. Welchen principiis man dann noch ferner in a. 1707. und  
1710. inhaeriret, wo endlich bey dem letztern den 2ten April ein  
PARENT ergangen, a) die Land- und Güter - Straßen --- zu erwei-  
tern, b) --- das weite Gelais einzuführen, damit man 2. Pferde  
neben einander wohl und füglich spannen und ziehen laffen könn-  
te, worauf c) --- alle Fuhren, so nicht auf die Deichsel gerich-  
tet, angehalten, --- das Fuhrwerk zerſchlagen, und die Uebertri-  
nent mit Plaendung der Pferde oder foñt willkürlīch abgeſtraft, an-  
nebenß d) --- die tiefen Gelais --- eingeworfen, die Wege ap-  
planirt und gechnet, und mit dergleichen Reparation von Zeile  
zu Zeit angehalten, --- werden folle.

vias hasce declinarent, transitu faciliores quaererent, eoque detrimentum maximum commercio Sueorum adferretur. Itaque ingens ex ea re sensere damnum imperantes pariter, ac populi subiecti; & quoniam in tantis rebus semper parum est, quod pars efficere aggreditur, 133) in conuentibus Circuli, Vlmae a. 1737. mense Iunio, itemque a. 1749. mensibus Aprili atque Maio habitis, non solum instauratio viarum per vniuersam Sueiam decreta, verum etiam deliberatum fuit, quo modo illud optime & quam celerrime sit exsequendum. Ex Recessu, die 22. Maii, d. a. signato, 134) notamus, (a) vrgentem necessitatem reparandi vias publicas ab omnibus omnino Circuli statibus agnитam, 135) (b) determinatas esse vias principales prae caeteris muniendas, 136) (c) datas esse litteras humillimas ad Augustissimum, quibus rogatur Imperator, vt, quae Circulus hac de re statuerit, auctoritate

K

Cae-

133) Recess. Circ. de 22. Maii, 1749. Vielmehr --- durch einseitige Verfügungen mehr Schaden, als Nutzen, zugezogen werden würde.

134) vid. Archiv. Circ. Sue. Vlm. Vol. 323. K. 20. L. QQ.

135) Anlangend 2.) die *Weg- Reparation*, so hat man allenthalben die Nothwendigkeit, denen in dem Krais so sehr verdorbenen Straßen, und dem darunter vornehmlich leidenden Commercio, aufzuholen, in voller Maasse eingesehen; & *Gutachten der Loeb. Ordin. Deputation*: Da in dem unterm 2ten Junii 1737. erfolgten Concluso die quaestio an? unanimitter festgesetzt worden. --- Also hat man auch ex parte deputationis ordinariae nicht den mindesten Anstand, nicht nur die quaestione an? und deren hoechste Nothwendigkeit wiedermalen auf das verbindlichste richtig zu stellen.

136) Ciz. *Gutachten Etc.* Waeren 1.) foerderst die *Harpistaffen* von Strafs.

Caesarea confirmet atque fulciat, & speciatim nobiles imperii, aliosque immediatos, quorum territoria in Circulo quidem sita, sed non de Circulo sunt, pro summa potestate sua, conclusis Circuli hac in re conformes se praebere iubeat, non solum reficiendo vias suarum ditionum ruinosas, sed & concurrendo ad impensas iusto modo & pro ratione territorii dispertendias; 137) denique etiam (d) Caesareae & Caesareo-Regiae Mai. Mai. ministrum, vt vocant, plenipotentiarium, nomine conuentus requisitum esse, vt apud Augustissimum Committem, vti loquimur, bona sua impendat officia, quo & ipsa respectu Austriae anterioris communem cum Sueviae statibus caussam faciat, ad Conuentus singularum Circuli tribuum (*Viertels-Conven-*

Strasburg über Rastatt, Pforzheim, Karlsruhe --- in guten und dauerhaften Stand zu stellen, vid. infra XLVIX. not. 144.

137) *Copia alleruntertheiligsten Schreibens ad Augustissimum, nomine Conuenus, d. d. Ulm, 17. May 1749.* --- Erkühnen Wir uns Ew. Kayf. Maj. Namens Fürsten und Staenden dieses Kraies alleruntertheiligt zu erfuchen, Allerhöchst dieselben, dero Kaiserl. Autorität dahin zu interponiren, allergnädigst geruhem moechten, dass nicht nur die von Kraies megen, nach den Anlagen, genommene Enschließungen allermeildest durch Kaiserliche Autorität bestätiger, sondern auch erwähnten Herr- und Ritterchaften, und wer etwa sonst für immediat in dem Krais zu halten seyn mochte, gemessen aufgegeben werde, sich denen von Kraies wegen abfassenden gemeinnützlichen Schlüssen ebenmaelsig gemaess zu bezeugen, sofolglich sowohl die durch ihre territoria gehende Straßen auf gleichförmige Art zu repariren, als auch zu der verabzureden stehenden Concurrenz nach --- Proportion --- sich einzulassen, und das ihrige pro bono communi publico mit beyzutragen.

vente) legatos mittat, & ad impenas conuentus nomine determinandas pro rata sua concurrat. 138)

### XLVII.

Interea tantum abest, ut generalioribus huiusmodi viarum curis contentus fuerit Circulus Sueiae, ut potius eodem adhuc anno (1749.) in singulis Sueiae districtibus particulares habiti conuentus fuerint, in quibus de modo optimo celerrimoque reparandi vias, nec non de ratione, qua refectionis onus in status singulos dispertiendum sit, tractatum est. Et secundum haec conclusa reparatio viarum etiam hic illic coepit, maximoque cum successu continuata est. 139)

Vt vero opus hocce arduum grauissimumque quavis ratione promoueretur, FRANCISCVS I. glof. mem. statibus Circuli rescriptit: Pergratum sibi fuisse, quod status Sueiae in nouissimo conuentu circulari viarum refectionem, oppido nimirum necessariam, cu-

K 2

rae

138) Pro - memoria an des Kaiserl. auch K. K. Hrn Ministre Frhrn von Ramsewag Excell. nomine Conuentus Circuli Sue. d. d. 16. May 1749. Weilen es vorniemlich auf die Mitwirkung Ihro Kais. Koen. Maj. in dero mit dem Krais so sehr vermischten Vorlanden --- ankommt: --- Als mochten Se. Exc. foerderst bey der K. K. Maj. es dahin einzuleiten belieben, das ab Seiten Allerhoechstdero Vorlanden diffalls mit den Krais Staenden de concert gegangen, die anzustellen beliebte Viertels-Conferenzen --- mitbefchikt, sich ratione concurrentiae --- einverstanden --- u. s. w.

139) Recess. Circ. de d. 8. Ian. 1750. --- zu fortwachrender Erhaltung der einiger Orten --- seit letztabgehaltenem Kraistag --- bereits reparirten --- Landstrassen.

rae cordique habuerint; inde quidem se & ipsum, ut officio Caesareo, vi cuius cuncta adiuuare teneatur, quae salutem publicam atque communem Germaniae, cum primis autem commerciorum florem, respiciunt, satisfaciat, Conclusa Circuli, viarum institutionem refectionemque suadentia, approbare & auctoritate sua rata affirmata velle. 140) Idem Imperator simul litteras patentes ad Nobiles immediatos, exenta monasteria, Equites item ordinis S. Ioannis ac Teutonici dedit, quibus omnes illi, decretis Circuli hac in re conuenienter agere, onerumque partem etiam suscipere, pro ratione ditionis cuiuscunque, clementissime iubentur. 141)

Ad haec ne quis vsquam sit in Suevia, qui ab hac viarum cura sese eximat, augustissima domus Austria non modo vias in Austria anteriori reparauit, sed & per Legatum suum Circulo plus vice simplici declarauit: Communiter cum statibus Sueviae se rem istam persequi constituisse, mittendo legatos ad universales & singularum tribuum conuentus, contribuendo pro rata & approbando conclusa circuli. 142)

#### XLVIII.

140) Copia Kaiserl. allergnaedigsten Rescripti ad Conu. Circ. Suev. d. d. Wien, 1. Jul. 1749. Erfreulich haben Wir ---- erschen, das Ihr die -- hochstnoethige Straffen-Reparation in behoerigen Betrach gezogen. ---- Wir begnebmigen und bestaerigen gnaedigst diese Eure Entschließung, u. f. f.

141) vid. Kaiserl. allergnaedigstes Patent, d. d. Wien 1. Jul. 1749.

142) Pro - Memoria von des Kaif. auch Kaif. Koen. Hrn Minister Freybr

## XLVIII.

Vides itaque, status Circuli Sueviae *unanimi* consensu viarum reparationem decreuisse; ipsum *Caesarem* conclusa illa vi summi imperii *confirmasse*, atque nobiles aliosque immediatos Sueviae incolas iussisse, ex sua quoque parte decretis Circuli conuenienter agere; denique & augustissimam *Imperatricem Reginam* approbasse non solum viales hasce curas, sed & ipsi illi cum statibus Circuli Suevici *conuenisse*, vt conclusa huiuscemodi in terris quoque Austriae anterioris ad instar normae habeantur. Inde ergo iam inferimus, *status Sueviae* singulos omnia ea, quae Circulus hac de re statuerit, tamquam *legem* sequi debere, quemadmodum

K 3

dum

*Freybrn von Ranschwag Exc. ad Conu. Circ. Sueu. d. d. 24. April. 1749.* Da nun Ihr K. K. Maj. den allhier versammelten des Schwäbischen Kraifes Hoch- und Loebl. Stände Raethen, Bot-schaften, und Gesandten hiemit die nachbarliche Eroeffnung thun lassen, wie Oesterreichischer Seits man ganz nicht entgegen sey, sich auch der Straffen-Reparation halber mit Ihme Krais auf alle thünliche Art zu conformiren. Porro d. 30. May, 1750. Es darf auch der Unterchristriebene zum voraus die Versicherung wiederholen, das ab Seiten des durchlauchtigsten Erzhauses Oesterreich in diesem so gemeinnützlichen Vorhaben *gemeinfamlich zu Werk* werde --- gegangen werden. -- Gleichwie man also auch Oesterreichischer Seits alles gemeinnützlich mit anzugeben, sich nicht entföhütet. Deinde d. 3. Jun. 1750. -- Ist bereits Kraiskändig, welchergestalten --- Ihr K. K. Maj. respcctu Dero Vorlanden mit würken zu lassen, sich allergnaedigt entschlossen habe, denique P. M. von des K. auch K. K. Hrn Min. Grafens Podstascky-Lichtenstein Exc. ad Conu. Circ. Sueu. d. d. Uln, 16. Fehr. 1768. So hat Endesunterzeichner hiemit auch die Ehre anzuzeigen, das die Befehle an die Vorder-Oesterreichische Lande wegen nachdrücklicher Miswirkung bereits würklich ertheilt worden,

dum & alii immediati in Suevia vim atque potestatem conclusorum istiusmodi agnoscere, ab Imperatore iussi sunt; deinde Seren. Archiducalem domum *Austriacam* decretis circuli vi *conuentionis* obligari; denique *Imperatoris* esse, curare, vt quae antehac auctoritate sua firmauit Circuli decreta, eadem in aeternum firma atque stabilita maneant, nec ab vlo, cuiuscunque ordinis sit aut conditionis, vlo facto, vilvae dispositio ne contraria violentur.

#### XLIX.

His ita constitutis ad scopum proprius accedimus. Nostra quippe in praesenti plurimum videre refert, quaenam vias in Suevia sint publicae, & pro talibus ab vniuerso conuentu Circuli agnitae, quanto istae privilegio, quantaue praelatione fruantur? vnde decisionem quaestionis principalis: num *status Sueiae, vel alius, qui vel ex passo, vel ex mandato Caesaris huic aequiparatur, viam nouam praecepit iam exstructas atque approbatas, propria auctoritate, instituere possit?* hau riemus.

*Publicas, easque priuilegiatas, in Suevia vias vo co, quae ab vniuerso Circulo pro talibus habentur, quarumque munitio 143) conclusis circuli decreta est. Indicem eiusmodi viarum exhibet supra laudatum Con-*

143) munitae vias Romanis vocabantur, quae lapide, vel terra serupa fa e littoribus deponita, stratae, aggere insuper & fossa munitae erant. Easdem vias hodie Gallica denominatione *Chaussées* vocamus.

filium deputationis ordinariae; 144) quod vero non impedit, quominus etiam aliae viae, praeter nominatas, militares atque approbatae dici possint, dummodo earum qualitas, quod publicae sint, & muniri debeant, ex actis Circuli colligi queat. 145) Omnes enim viae, quae neque antiquitus publicae fuere, neque a statibus Sueviae tales reputatae sunt, iure militarium omnino destitutae sunt. Imo vero eo res extenditur, ut ne via quidem, in qua ab antiquissimis inde temporibus publicum iter fuit, pro circulari & commerciali (*Krai- und Commercial-Straße*) haberi queat, nisi simul eiusdem munitio, in conuentu quodam universaliter aut particulari, fuerit decreta. Exemplo viae sic dictae Norimbergensis inferioris, quod mox (LII.) suppeditabimus, res clarior evadet. In praesenti nosse sufficit, priuilegium viae circularis in eo consistere, quod publice, i. e. communibus iusta ratione dimetendis sumtibus per omneā Sueviam muniri debeat, nihil

144) Waren die *Hauptstrassen* von Straßburg über Rastatt, Pforzheim, Canstatt; von Frankfurt über Bruchsal, Knittlingen, Vayhingen, nach Canstatt; und von Heilbronn nach Canstatt, von Canstatt nach *Ulm*; von Canstatt nach Nürnberg; von Canstatt nach Schafhausen; von *Ulm* nach Augsburg; von *Ulm* auf Nürnberg; von *Ulm* über Memmingen auf Lindau; von *Ulm* über Biberach und Ravensburg auf Lindau; von *Ulm* über Ehingen, Mengen durch das Zollerische und Fürstenbergische, auch Nellenburgische nach Schafhausen und Basel &c. &c. in guten und dauerhaften Stand zu stellen.

145) *ibid.* Auch andere *Strassen*, über deren Reparation sich die Hoch- und Löbl. Seende besonders zu vereinbaren, gut und wüchlich erachten würden.

hil in eius praeiudicium a quocunque fieri possit, adeo-  
que huiusmodi via tutela vniuersi Circuli fruatur. 146)  
Insigniuntur tales viae in actis Circuli nostri nomine  
distinctio der beschossenen approbiten Land-Krais-und  
Commercial-Straßen. 147)

L.

146) Haupet proposition bey dem Viertels-Convent zu Canstatt, vom 14. Nov.  
1768. Diejenige, welche sich das allgemeine Beste dergestalten ha-  
ben angelegen seyn lassen, dass sie weder Zeit, noch Schwere  
Kosten, gescheuet, nach der Intention aller mit ihnen Societaets  
halber vereinigten Mit-Staende, einen Chaussee-maefsigem Weg zu  
bauen, solches loebliche Vorhaben auch ohne jemands Wider-  
spruch hinausgeföhret, und sich dadurch in den Besitz eines territo-  
rius maxime onerofo erlangen Rechts gefezet haben, verdienen aller-  
dings, dass man sie in letzterm zu erhalten, und die sich ergre-  
bende Hindernisse aus dem Weg zu schaffen, sich bemühe. Ob-  
feruamus hic, omnis, quae in hoc Conuentu Canstadiensi acta  
sunt, ab vniuerso Circulo approbata, adeoque legis vim in Suevia  
nacta esse. Adde Gutachten einer Loebl. Ord. Deput. d. d. Ulm,  
12. Jun. 1769. Wenn man nicht in a. 1749. und 1750. bey Ein-  
richtung des Krais-Straffen-Wesens verichert gewesen waere, dass  
der Hochloobl. Krais die befaendige Garantie und Protection zu-  
gleich auf sich nachme, die Krais-Schluss-maefsig, und zwar mit  
Einwilligung aller und jeder Staende, ohne dass sich irgendwo ei-  
ne Contradiction oder Reservation gezeiget haette, determinirte,  
Chausseenmaefsig zu bauende Heer- und Landstraßen, nach vollführ-  
ter Herstellung, in ihrem Wesen zu erhalten, und allen Eintrag  
und Abbruch, es mag folcher durch Anlegung neuer praeiudicirlichen  
Straßen, oder auf and're Weise eustehen, standhaft abzuwenden;  
So würden gewiss damals diejenige Hoch- und Loebl. Staende,  
welche sich zur Uebernahme der beträchtlichen, theils Orten  
mit vieler Mühe aufgebrachten, Kosten verstanden, allerdings An-  
stand genommen haben, sich diesem, in der Folge wegen des  
Vorteils ungewissen, Geschäft zu unterzichen.

147) P. M. von des K. K. H. Min. Exc. ad Conn. C. S. Was bereits  
für Straßen beschlossen. Et modo laudat, Gutachten: Die Ober-  
Nürn-

## L.

Status Circuli Sueiae, quibus ex conuentione Austriam quoque accensemus, in viali re, vt quidem saepius monimus, non vt singuli, sed tamquam *societas*, agunt. In societate autem ea, quae communi pacis centrum consensu sunt statuta, etiam a singulis ad instar legis obseruanda sunt; ita quidem, vt non solum quilibet ad finem, ob quem coiuere, obtinendum, pro virili sua operam conferre debeat, sed & caeteris ius competit prohibendi & impediendi quaevis ea, quae communi rei detrimentum aliquod adferre possint. Eodem ergo modo res intuitu viarum comparata est. Sunt nempe viae publicae, quarum munitio circulariter decreta, & a statibus, per quorum ducunt territoria, immensis sumtibus copta & finita est. Has circulus approbat, iisque priuilegium largitur, ne quid in illarum praeiudicium, neque ab uno alteroue statu, neque ab vniuerso circulo suscipi aut tentari queat. Rationes huius priuilegii, quum ex ipsa rei natura, sumtas, acta Circuli suppeditant. Docent illa scilicet, societatis vinculum, quo status Circuli sunt inter se coniuncti, requirere, vt suum cuique tribuatur, atque item vt alter alterius salutem, quum in genere, tum in specie, quod ad commercia, viasque publicas & in specie, quod ad commercia, viasque publicas

L

adeo

Nürnberg - Straße ist ---- eine alte per Conclusa Circuli de annis 1749. und 1750. festgesetzte, von Kais. Maj. approbierte ... Heer- Land - und Commercial - Straße.

adeo, sine quibus illa consistere non possunt, attinet, quouis ratione promouere studeat. 148) Eadem acta simul innuant, illos, qui ex pacto, & secundum intentionem conciuium vias muniendas curauerint, ac neque tempori, neque sumtibus, quos tantum opus exigit, pepercerint, ius sibi ex hac re adquisuisse, in cuius possessione, praesertim quam id titulo vel maxime oneroso sit quae situm, vnitis viribus tuendi, & impedimenta hic illic obuenientia remouenda sint. 149)

En! quam sollicitus fit Circulus, quo iura ex viarum munitione adquisita farta tecta conseruentur, neque commodum ex ista re proueniens vlo modo intercipiatur. Quis enim, quae so, tantas pecuniae summas impenderit, nisi & persuasum habere possit, vniuersum Circulum non solum prouidere, vt fructus ex tanto labore exspectandi, quiete percipientur, sed & quemlibet arcere, qui vel vlla ratione vni alterie Sueviae statui intuitu viarum publicarum damnum aliquod inferre ausus fuerit. 150)

LL

148) Haupt-Proposition bey dem Viertels-Couvent zu Canstatt, abgelegt d. 14. Nov. 1768. Die --- unter denen --- Krais-Mitthaenden beständig vorwaltende Societaetsmässige Verbindung erfordert, daß man einem jeden das seinige nach Rechr und Billigkeit zukommen lasse, auch einer dem andern den Nahrungsstand, so wie im Ganzen, also auch in particulari mittelst Verbesserung des Commerci, und derer zu dessen Behuf dienenden Straßen, auf alle dienliche Weise zu befoerdern trachte. Conf. not. 146.

149) Vid. die Hauptprop. bey dem Viert. Conv. zu Canstatt, cuius verba supra not. 146, exhibuiimus.

150) Gutzachten der L. O. D. de d. 12. Jun. 1769. Daher auch alle nur

Damnum vero atque praeiudicia, quae respectu viarum, ex pacto & conuentione munitarum, adferri possunt, tam varii sunt generis, vt, singulatim ea re- censere, superuacuus frustraneusque labor foret. Vni- cum nomino, quod summa in se continet iniuriam, quando scilicet in detrimentum huiuscemodi viarum no- uae viae institutio intenditur.

In antecedentibus (XL. XLII.) monuimus, ius ex- struendi nouas vias non simpliciter sub iure superiori- tatis territorialis comprehendti, sed inter reseruata iura Caesaris referri, & a statibus non nisi Imperatoris sub auspiciis exerceri. Si dubitationi alias subiecta esset haec adsertio, tolleretur tamen ista protinus, quumprimum oculos ad Sueor conuertamus. Apud eos enim legibus Circuli expressis cautum est: *Vt in praeiudicium viarum decretarum nouae viae ne instituantur.* <sup>151)</sup>

### L 2

*nur immer thunliche Mittel zu ergreisen seyn moechten, um alles Praejudiz von selbiger, (i. e. a via Norimbergensi superiore ex de- creto Circuli munita, conf. infra LII.) abzuwenden.*

<sup>151)</sup> Gutachten einer L. O. D. das der Hochloeb. Krais die bestaendige Garantie und Protection auf sich nachme, die Krais - Schlusse maessig --- zu bauende Heer- und Land - Straffen --- in ihrem We- sen zu erhalten, und allen Eintrag und Abbruch, es mag solcher durch Anlegung neuer praeiudicirlichen Straffen, oder auf andere Weise entstehen, standhaft abzuwenden. Et Haupt-Propositi bey dem V. C. zu Canstatt: Bedenklich ist es, wenn sich Vorfaelle er- eignen, wodurch alten, mit vielen Kosten angelegten, durch Krais - Schlusse sowohl, als auch von Kaiß. Maj approbierten Land- und Heer-Straffen ein Nachtheil zugefügter, und die bisherige fre- quente Passage ab - und anderswohin geleiter werden will. Wahr scheinet

Obligantur hisce legibus procul dubio omnes atque singuli Sueiae status, quibus, ut ex principiis generalioribus, ita & praesertim ex mandato Imperatoris, caeteros immediatos Sueiae incolas adnumeramus. Et quum nemo sit, qui hoc adsertum vel negarit, vel in dubium vocare ausit; nihil est, quod pluribus de obligatione ista exponamus. Ipsa verba loquuntur. Conuentio adest. Pacta legem dant paciscentibus.

*An & Austria iisdem partis obligatur?*

Prouinciae Austriae anterioris in Suevia sitae partem quidem Circuli non constituunt, seu, ut loquimur, in Circulo quidem, sed non de Circulo sunt. Hinc quae status Sueiae in circularibus conuentibus decernunt atque statuunt, Austriam respectu prouinciarum Suevicarum, ex regulae praescripto, nullo modo obligant. Alter autem sese res habet, quando archiducalis illa dominus in hac vel illa re, proprii commodi gratia, communem cum statibus Circuli caussam instruit, & expresse declarat, conclusis Circuli conuenienter sese agere velle.

Tunc

scheinet es, dass man nicht genug Chauffeemaessige Straffen errichten, mithin des Guten niemals zu viel thun koenne: Allein dies leidet grofen Abfall, in Betracht der Vortheil, welcher von der einen Seite gesucht wird, immer so beschaffen seyn muss, dass er andern an ihren erlangten Rechten keinen Nachtheil erweke, und keine gegründete Beschwerde hervorbringe. *Cit. Gutachten:* Wenn eine neue Anlegung zum offenbaren Nachtheil einer aeltern, bereits schon Chauffeemaessig angelegten, Straße erreicht, also das von denen auf selbige gewendeten Kosten der erwünschte Vortheil nicht zu hoffen; So ist dieses Werk nur dem Ansehen nach heilsam, andern aber au ihrem *Iure quaesito nachtheilig.*

Tunc sane & iisdem obligatur, & cum statu Sueviae pari passu ambulat.

In viali re consensum huiuscemodi expressis verbis declaratum esse, atque Austriae non verbis tantum, sed & ipsa re, decretis Circuli accessisse, ex superioribus, ut arbitror, luculentissime patescit. Concludimus exinde: *Decreta Circuli in re viali omnes atque singulos Sueviae incolas, siue status, siue alios, perfecte obligare, nec ab illo quidquam in praeiudicium eorum fieri posse.* Quando itaque vñanimi consensu Sueviae statnum aliorumque, qui immediatas in illa terras possident, & interposita auctoritate Caesarea, munitio certarum viarum est decreta & suscepta; quando status exinde ius sibi adquisuerunt, quod in praeiudicium ac detrimentum talium viarum nihil fieri, praesertim noua via institui non debeat: profecto *omnis ille, siue status sit Circuli, siue alius, qui proprio ausu nouam extruere conatur viam, fidem publice datam & a constatibus acceptam violat, summa Caesaris mandata vilipendit, & idcirco non solum a reliquis Sueviae statibus unitis viribus ad implendum pactum debet adigi, sed & eo quod contra leges uniuersales imperii, & mandata Caesaris specialia, temerario ausu insurrexerit, extra ordinem poenam subit.*

### LII.

Quae huc vsque explanauimus principia, non modo in ipsis actis Circuli continentur, sed & in causa Heilbronnensium exactissime applicata sunt. Historiam

L 3

rei

rei breuiter narrabiimus. Ex Norimberga Argentoratum duae tendunt viae publicae, vna quidem iuxta Dünkelspilam, Elwanganam, Gemundam, Canstadium, Vaihingam, Phorcemium, Raftadium; altera autem iuxta Onoldinum, Halam Suevicam, Oehringam, vallum Weinspergense, Schwaigeram, Eppingam, Brexenam, Durlacum, & Raftadium, vbi deinceps cum ista coniungitur, & Argentoratum dicit. Illa via *superior* Norimbergensis, haec *inferior* audit. A. 1749. munitio viae superioris a Circulo decreta est, 152) de inferiore silent acta Circuli. In hoc Circuli decreto adquieuit ciuitas Heilbronensis vna cum reliquis statibus, per quorum dictiones inferior via ducitur. Anno autem 1768. Smus Elector Palatinus nouam extrudere viam constituit, qua, relicta Sueviae prouinciis, ex Norimberga iuxta Boxbergam & Heidelbergam in Alsatiam atque Argentoratum iretur. Damnum ingens ex institutione huius viae imminebat Heilbronnenibus, qua de re & ipsi neque argumentis, neque precibus pepercerunt, vt ab isto opere desisteret Elector Palatinus, quod & ille hac proposita conditione promisit, si via inferior muniretur, in quem finem ciuitas Heilbronensis officia, vt aiunt, sua apud Circulum interponere debat. Hinc ista ciuitas Smum Ducem Würtembergiae mouit, vt particularem conuentum Canstadii habendum conuocaret. Deputatus Heilbronnenium DE ROSSKAMPFF, ad hunc conuentum missus, libello prorsus eleganti, *Pro - Memoria loco voti inscripto*, 153) non solum necessitatem, sed & ius, viam Norimbergensem inferiorem muniendi, latius exponere adiussus est. Argumenta, quibus ille vtitur, his fere numeris absoluuntur: (A) viam

152) *Gnachcen der L. Ord. Depur.* de 29. Apr. 1749. Hauptstrassen: Von Strasburg über Raftatt, Pforzheim, Canstatt; von Canstatt nach Nürnberg, vid. supra not. 144.

153) per dicturam, vt loquuntur, communicatus est libellus iste Canstadii d. 18. Nou. 1768. postea autem vna cum alio quodam, Ulmae, d. 8. Jun. 1769. in conuentu Circuli vniuersali exhibito, typis expreflus.

superiorem ex decreto quidem circuli munitam, sed exinde neque monopolium, neque priuilegium quoddam exclusuum naestam esse; sed potius (B) plenariam commerciorum libertatem, legibus imperii vniuersalibus, & Conclusis Circuli Sueuici, stabilitam, requirere, ut liber ubique etiam sit transitus, nec quisquam iure vias publicas in suo territorio habendi, illasque muniendo, priuetur; (C) inferiorem viam, aequa ac superiorem, publicam, & a statibus ab antiquissimis inde temporibus pro tali agnitam esse, quod non solum cursus publicus, sed & vestigia in illa exigenda condoceant. D) Circulum in re viiali non iudicium, sed tantum societatem formare, hinc illius non esse, definire, quaenam viae priuilegio publicarum gaudere, quaenam illo priuari debant? (E) a. 1749. munitionem quarundam viarum in Circulo decretam quidem, at caeteras ab isto iure munitionis exclusas haud fuisse; hinc & (F) confirmationem Caesaream priuilegium aliquod his viis non largiri, sed tantum approbationem Imperatoris & beneplacitum notare.

Hisce rationibus sequenti modo in Conuentu Canstadiensi est responsum: 154) (a) viam superiorem Norimbergensem antiquitus publicam, per Conclusa Circuli de ann. 1749. & 1750. determinatam, ab Imperatore confirmatam, & a statibus maximis sumtibus munitam esse; (b) huic ex munitione viae superioris damnum ingens & irreparabile metuendum. & status fructibus ex sumtuosa viae superioris munitione percipiendis priuari. (c) Munitionem viae cuiusdam in se consideratam vulem quidem esse, secus autem sese rem habere, quando exinde caeteris statibus, societatis

vin-

154) vid. *Conclusum*, d. d. *Canstadii*, 16. 17. 18. 22. & 24. Nov. 1768, itemque die *Hauptproposit. bey dem Vier. Conv. zu Canstatt.* (not. 151.) conf. etiam *Anzeige des Herzogl. Württemberg. Herrn Geb. Karls von Mylius* die Veranlassung und vollzogene Abhaltung einer Krais.-Viertels-Conferenz in Canstatt betr. de dict. Ulm, den 6. Jun. 1769.

Vinculo vnitis; damnum oriatur; eorumque ius quaesitum laedatur;  
hinc (d) inferiorem viam muniendam non esse.

Vniuersalis Circuli conuentus, sequenti anno (1769.) Ulmae  
habitus, approbavit non solum Conclusum hoc Canstadiense, sed  
& laudatis argumentis addidit: 155) (a) nouam viam, per quam  
iter publicum ex alia vetustiori, circulariter determinata & appro-  
bata, via deflectatur, ius quaesitum caeterorum laedere; (b) uni-  
uersum Circulum in annis 1749. & 1750. perpetuam garantiam,  
vt vocant, & protectionem viarum tum temporis decretarum  
promisisse; atque adeo (c) omne praeiudicium talibus viis quoli-  
bet modo, maxime autem ex institutione nouae viæ, iraminens,  
vunitis viribus, & quibusque remedii, auertendum esse. Atque  
his conclusis Circuli effectum est, vt non solum iura superioris  
viae conferuata fuerint, sed & ciuitas Heilbronnenfis a munitione  
viae inferioris desisterit.

## LIII.

Exposuimus itaque generaliora circa vias publicas sanas ra-  
tionis atque iuris positivi principia; diximus, quae de nouis ex-  
struendis in imperio Romano - Germanico statuta sint; vidimus,  
quae iura in Circulo nostro hac de re scripta; & quo modo illa  
in causa munitionis viae Norimbergensis inferioris sint applicata.  
Plures autem casus speciales, in quibus nosse viae institutio ex  
legibus imperii & Circuli decretis est illicita, adferre, consulto  
nolumus, ne fines disquisitionis academicae egrediamur.

155) Gutachten einer L. O. D. de 12. Jun. 1769. conf. not. 146. &  
151.

## F I N I S.

---

*Errata, quae ob absentiam auctoris irrepererunt: p. 1. l. 4. pro: anti-  
quarico, lege: antiquario. p. 3. III. l. 1. pro: credendum, l. creden-  
dum. p. 31. l. 16. pro: varias, l. varios. p. 59. XL. l. 2. pro: via-  
rum, ius, l. viarum ius.*

*Ss.*

**ULB Halle**  
005 120 055

3



TA->OL



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



Pub. 72. num. 15.

1776, 3

AA

DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA  
DE EO  
QVOD IVSTVM EST

CIRCA VIAS PVBLICAS  
ET MILITARES  
IN IMPERIO ROMANO - GERMANICO  
SPECIATIM IN SVEVIA  
EXSTRVENDAS

QVAM  
AVSPICIIS DIVINIS  
AVCTORITATE ITEM AC PERMISSV  
ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS  
IN ALMA LVDOVICIANA  
PRO HONORIBVS AC PRIVILEGIIS  
DOCTORIS  
IN VTROQVE IVRE RITE OBTINENDIS  
PROCERVM ACADEMIAE EXAMINI  
AC DISQVISITIONI PVBLICAE  
SVBMITTIT

GOTTLOB THEODORICVS MILLER

VLMENSIS

REIPVBLICAE PATRIAE CONSILIARIUS DESIGNATVS.

GIESSAE D. SEPT. MDCCCLXXVI.  
APVD IOANNEM IACOBVM BRAVN, ACAD. TYPOGR.

